

CHRISTOPH CLAVIUS
CORRISPONDENZA

Edizione critica
a cura di
Ugo Baldini e Pier Daniele Napolitani

VOLUME VI
(1606-1612)

Parte I: lettere e testi

INDICI
(1606-1612)

Indice cronologico della
corrispondenza 1606-1612

n° mittente	destinatario	data
257 Giov. Giacomo Staserio	Christoph Clavius	13 gennaio 1606
258 Giovanni Pellegrini	Christoph Clavius	24 gennaio 1606
259 J. Reinhard Ziegler	Christoph Clavius	7 maggio 1606
260 Johnn Deckers	J. Bautista Villalpando	14 maggio 1606
261 Simon Kaczoronski	Christoph Clavius	27 agosto 1606
262 J. Reinhard Ziegler	Christoph Clavius	13 settembre 1606
263 Giuseppe Biancani	Christoph Clavius	6 ottobre 1606
264 Giuseppe Biancani	Christoph Clavius	11 novembre [1606]
265 Giov. Giacomo Staserio	Christoph Clavius	15 dicembre 1606
266 Odon van Maelcote	Christoph Clavius	1 marzo 1607
267 Johnn Hay	Christoph Clavius	13 marzo 1607
268 Francesco Guerrini	Christoph Clavius	24 giugno 1607
269 Basilio Spinola	Christoph Clavius	30 giugno 1607
270 James Bosgrave	Christoph Clavius	8 luglio 1607
271 Johannes Lantz	Christoph Clavius	10 luglio 1607
272 Giov. Giacomo Staserio	Christoph Clavius	24 agosto 1607
273 Johnn Hay	Christoph Clavius	8 settembre 1607
274 Andrea Argoli	Christoph Clavius	9 ottobre 1607
275 J. Reinhard Ziegler	Christoph Clavius	9 novembre 1607
276 Bernardino Salino	Christoph Clavius	12 dicembre 1607
277 Giov. Antonio Magini	Christoph Clavius	16 gennaio 1608
278 Christoph Grienberger	Christoph Clavius	20 gennaio 1608
279 Giov. Camillo Gloriosi	Christoph Clavius	8 febbraio 1608
280 Marino Ghetaldi	Christoph Clavius	20 febbraio 1608
281 Christoph Clavius	Giovanni di Guevara	15 marzo 1608
282 J. Reinhard Ziegler	Christoph Clavius	13 aprile 1608
283 Marino Ghetaldi	Christoph Clavius	20 maggio 1608

n° mittente	destinatario	data
284 Giovanni di Guevara	Christoph Clavius	2 giugno 1608
285 J. Reinhard Ziegler	Christoph Clavius	27 giugno 1608
286 Giov. Giacomo Staserio	Christoph Clavius	26 luglio 1608
287 Marino Ghetaldi	Christoph Clavius	13 settembre 1608
288 Ludovico Barbavara	Christoph Clavius	16 settembre 1608
289 Johann Hartmann Beyer	Christoph Clavius	30 settembre 1608
290 Johann Hartmann Beyer	Christoph Clavius	7 ottobre 1608
291 Mark Welser	Christoph Clavius	10 ottobre 1608
292 J. Reinhard Ziegler	Christoph Clavius	[autunno 1608]
293 Christoph Clavius	Johann Hartmann Beyer	1 novembre 1608
294 Johann Georg Brengger	Mark Welser	2 novembre 1608
295 Mark Welser	Christoph Clavius	5 dicembre 1608
296 Johann Hartmann Beyer	Christoph Clavius	15 dicembre 1608
297 Ippolito Giannotti	Christoph Clavius	15 dicembre 1608
298 Giov. Camillo Gloriosi	Christoph Clavius	3 gennaio 1609
299 Giov. Giacomo Staserio	Christoph Clavius	11 gennaio 1609
300 Jean Chastellier	Christoph Clavius	13 gennaio 1609
301 J. Reinhard Ziegler	Christoph Clavius	16 gennaio 1609
302 Clemente Pavia	Christoph Clavius	28 gennaio 1609
303 Andrés De León	Christoph Clavius	14 febbraio 1609
304 Julius Echter	Christoph Clavius	26 marzo 1609
305 Anton Hierat	Christoph Clavius	[primavera 1609]
306 Christoph Grienberger	Christoph Clavius	21 aprile 1609
307 Mark Welser	Christoph Clavius	14 agosto 1609
308 J. Reinhard Ziegler	Christoph Clavius	7 ottobre 1609
309 Giov. Antonio Rubino	Christoph Clavius	25 ottobre 1609
310 J. Reinhard Ziegler	Christoph Clavius	1 dicembre 1609
311 Ippolito Giannotti	Christoph Clavius	7 dicembre 1609
312 Christoph Clavius	Johann Hartmann Beyer	19 dicembre 1609
313 Mark Welser	Christoph Clavius	12 marzo 1610
314 Gaspare Catalani	Christoph Clavius	19 maggio 1610
315 Galileo Galilei	Christoph Clavius	17 settembre 1610
316 Johnn Deckers	Christoph Clavius	12 ottobre 1610
317 Giov. Giacomo Staserio	Christoph Clavius	3 dicembre 1610
318 Christoph Clavius	Galileo Galilei	17 dicembre 1610
319 Galileo Galilei	Christoph Clavius	30 dicembre 1610
320 Giov. Giacomo Staserio	Christoph Clavius	31 dicembre 1610

321 Mark Welser	Christoph Clavius	7 gennaio 1611
322 Giov. Giacomo Staserio	Christoph Clavius	14 gennaio 1611
323 Giov. Giacomo Staserio	Christoph Clavius	21 gennaio 1611
324 Christoph Clavius	Mark Welser	29 gennaio 1611
325 Mark Welser	Christoph Clavius	11 febbraio 1611
326 Giov. Giacomo Staserio	Christoph Clavius	18 febbraio 1611
327 Galileo Galilei	Christoph Clavius	5 marzo 1611
328 Ernst von Bayer	Christoph Clavius	24 marzo 1611
329 Roberto Bellarmino	Clavius et alii	19 aprile 1611
330 Francesco Sizzi	Christoph Clavius	20 aprile 1611
331 Clavius et alii	Roberto Bellarmino	24 aprile 1611
332 Christoph Clavius	Johann Gottfried von Aschauen	1 maggio 1611
333 Ludovico Delle Colombe	Christoph Clavius	27 maggio 1611
334 Christoph Clavius	Johann Gottfried von Aschauen	[1611]
335 Christoph Clavius	Johann Gottfried von Aschauen	1 gennaio 1612
336 Francisco Sanchez	Christoph Clavius	[s.d.]

**Indice alfabetico per Mittente
del volume 6 (1606-1612)**

	Data	N°
Andrea Argoli a		
Christoph Clavius	9 ottobre 1607	274
Ludovico Barbavara a		
Christoph Clavius	16 settembre 1608	288
Roberto Bellarmino a		
Clavius et alii	19 aprile 1611	329
Johann Hartmann Beyer a		
Christoph Clavius	30 settembre 1608	289
Christoph Clavius	7 ottobre 1608	290
Christoph Clavius	15 dicembre 1608	296
Giuseppe Biancani a		
Christoph Clavius	6 ottobre 1606	263
Christoph Clavius	11 novembre [1606]	264
James Bosgrave a		
Christoph Clavius	8 luglio 1607	270
Johann Georg Brengger a		
Mark Welser	2 novembre 1608	294

	Data	N°
Gaspere Catalani a		
Christoph Clavius	19 maggio 1610	314
Jean Chastellier a		
Christoph Clavius	13 gennaio 1609	300
Christoph Clavius a		
Giovanni di Guevara	15 marzo 1608	281
Johann Hartmann Beyer	1 novembre 1608	293
Johann Hartmann Beyer	19 dicembre 1609	312
Galileo Galilei	17 dicembre 1610	318
Mark Welser	29 gennaio 1611	324
Johann Gott. von Aschauen	1 maggio 1611	332
Johann Gott. von Aschauen	[1611]	334
Johann Gott. von Aschauen	1 gennaio 1612	335
Clavius et alii a		
Roberto Bellarmino	24 aprile 1611	331
Andrés De León a		
Christoph Clavius	14 febbraio 1609	303
Johnn Deckers a		
Juan Bautista Villalpando	14 maggio 1606	260
Christoph Clavius	12 ottobre 1610	316
Ludovico Delle Colombe a		
Christoph Clavius	27 maggio 1611	333
Julius Echter a		
Christoph Clavius	26 marzo 1609	304
Ernst von Bayer a		
Christoph Clavius	24 marzo 1611	328
Galileo Galilei a		
Christoph Clavius	17 settembre 1610	315
Christoph Clavius	30 dicembre 1610	319
Christoph Clavius	5 marzo 1611	327

	Data	N°
Marino Ghetaldi a		
Christoph Clavius	20 febbraio 1608	280
Christoph Clavius	20 maggio 1608	283
Christoph Clavius	13 settembre 1608	287
Ippolito Giannotti a		
Christoph Clavius	15 dicembre 1608	297
Christoph Clavius	7 dicembre 1609	311
Giovanni Camillo Gloriosi a		
Christoph Clavius	8 febbraio 1608	279
Christoph Clavius	3 gennaio 1609	298
Christoph Grienberger a		
Christoph Clavius	20 gennaio 1608	278
Christoph Clavius	21 aprile 1609	306
Francesco Guerrini a		
Christoph Clavius	24 giugno 1607	268
Giovanni di Guevara a		
Christoph Clavius	2 giugno 1608	284
Johnn Hay a		
Christoph Clavius	13 marzo 1607	267
Christoph Clavius	8 settembre 1607	273
Anton Hierat a		
Christoph Clavius	[primavera 1609]	305
Simon Kaczoronski a		
Christoph Clavius	27 agosto 1606	261
Johannes Lantz a		
Christoph Clavius	10 luglio 1607	271
Odon van Maelcote a		
Christoph Clavius	1 marzo 1607	266

	Data	N°
Giovanni Antonio Magini a		
Christoph Clavius	16 gennaio 1608	277
Clemente Pavia a		
Christoph Clavius	28 gennaio 1609	302
Giovanni Pellegrini a		
Christoph Clavius	24 gennaio 1606	258
Giovanni Antonio Rubino a		
Christoph Clavius	25 ottobre 1609	309
Bernardino Salino a		
Christoph Clavius	12 dicembre 1607	276
Francisco Sanchez a		
Christoph Clavius	[s.d.]	336
Francesco Sizzi a		
Christoph Clavius	20 aprile 1611	330
Basilio Spinola a		
Christoph Clavius	30 giugno 1607	269
Giovanni Giacomo Staserio a		
Christoph Clavius	13 gennaio 1606	257
Christoph Clavius	15 dicembre 1606	265
Christoph Clavius	24 agosto 1607	272
Christoph Clavius	26 luglio 1608	286
Christoph Clavius	11 gennaio 1609	299
Christoph Clavius	3 dicembre 1610	317
Christoph Clavius	31 dicembre 1610	320
Christoph Clavius	14 gennaio 1611	322
Christoph Clavius	21 gennaio 1611	323
Christoph Clavius	18 febbraio 1611	326

	Data	N°
Mark Welser a		
Christoph Clavius	10 ottobre 1608	291
Christoph Clavius	5 dicembre 1608	295
Christoph Clavius	14 agosto 1609	307
Christoph Clavius	12 marzo 1610	313
Christoph Clavius	7 gennaio 1611	321
Christoph Clavius	11 febbraio 1611	325

Johann Reinhard Ziegler a

Christoph Clavius	7 maggio 1606	259
Christoph Clavius	13 settembre 1606	262
Christoph Clavius	9 novembre 1607	275
Christoph Clavius	13 aprile 1608	282
Christoph Clavius	27 giugno 1608	285
Christoph Clavius	[autunno 1608]	292
Christoph Clavius	16 gennaio 1609	301
Christoph Clavius	7 ottobre 1609	308
Christoph Clavius	1 dicembre 1609	310

**Indice dei trattati contenuti
nel volume 6**

316bis	Johnn Deckers	<i>Prima tabella Annorum Domini. Secunda tabella literarum Dominicalium. Tertia tabella Annorum expansorum</i>
--------	---------------	--

CORRISPONDENZA
(1602-1605)

Giovanni Giacomo Staserio a Christoph Clavius in Roma

Napoli 13 gennaio 1606

APUG 529 cc. 106r-107v

Autografa

106r

Molto Rev.do in Christo P.

Pax Christi etc.

Ho ricevuto il novo suo libro delle Tavole (1), et la ringrazio molto della carità fatta in mandarmelo. Mi piace che stampa la sua sfera, et sto con desiderio di vederla finita quanto prima (2). Vorrei che V. R. facesse una gratia a me, et al coll<egio> nostro, et è che ne faccia tirare 30 per noi: et se vuole, li farò dare costì li danari da adesso; credo non passeranno alla stampa cinque giulii l'una. Me l'avvisi se li piace, accio possa provvedere del danaro. Se con questa occasione vi potesse aggiungere qualche cosa delle Theoriche, tanto più che ha visto, quanto dice il Tichone, sarebbe credo a proposito (3). Et perche credo che ne levarà il trattato de figuris hisoperimetris, per haverlo stampato nella Geom<etri>a pratica (4), sarebbe forse bene aggiungervi in luoco di quello all'ultimo quelli otto capi de sfera mobili del Mauroli, o cosa simile fatta da V. R. come designava un tempo, perche chi volesse potesse talvolta leggere più speditamente la sfera senza cercare altro libro, et senza stare attaccato al testo di Sacro bosco (5). Et sarebbe questo tanto più facile a farsi, quanto che nelle prove che bisognarebbe fare per ciaschuna propositione, potrebbe molte volte rimettersi alle prove poste ne Commentarii precedenti. perche per dirla quel stare attaccato¹ a dichiarare le parole di Sacrobosco fa che 'l Mastro non può in quel'ultimo tempo dell'anno dichiarare bene tutta la Sfera. Io credo che simili trattatelli come an//cora quello della Prospettiva del Mauroli (6) et fariano il libro molto più vendibile, et saria una grandissima commodità per il Maestro perche tra l'anno potesse² leggere et misciare qualche cosa di trattamento con gli elementi di Euclide. le quali cose di prospettiva per non esservi libro a proposito, malamente si possono leggere a scholari, che non trovano dove rivedere le cose che si dichiarano. Et se

¹ post attaccato: alle paro[le] del.

² potesse: corr. ex. potessesse

queste cose non li pare di stamparle cola sua sfera, forse non sarebbe male fare qualche miscellanea di simili trattatelli, come un tempo non mostrava starne lontano. Il P. And<re>a (7) risaluta molto molto V. R. se bene ha un poco d'invidia che V. R. non l'ha fatto partecipe del suo novo libro. se ben questo crede sia stato per non dar³ tanto peso al P. Gioseffo (8). Il P. Rettore di Massa (9) come lo sà, vorrà che io li presti il mio, ma io non li scrivero niente, prima che V. R. non mandi⁴ agli altri, come suole per la Carità, et in part<icola>re al Rettore di Massa, il quale adesso non lascia di rivedere le cose di Math<emati>ca. Credo che V. R. rivederà costì presto un suo amico et diletto scholare di Salerno, detto il S.r Scipione Ruggia (10); se verrà li piacerà credo la sua venuta. Io col ritorno del compagno (11) del nostro P. Prov<incia>le penso sodisfare in parte con V. R. li libri // che scrive⁵ doversi vendere col'aggiunta, me li mandi, come sono et io sodisfarò. Finisco con raccomandarmi alli santi sacrificii et orationi di V. P. mi faccia carità di salutarmi il P. Mutio (12), P. Griemberger et P. Malcot

da Napoli li 13 di Gennaio 1606.
Di V. P. Servo in Christo

Gio. Giac.o Staserio

107v Al molto Rev.do in Christo P.
il P. Christoforo Clavio
della Comp.a di Giesù.
Roma.

Ut sinus totus ad secantem altitudinis poli
Ita sinus gr. 18. ad sinum semissis crepusculi minimi

Simoni Kaczoronski⁶ (13)

³ dar: *corr. ex caricare et interscr.*

⁴ mandi: *corr. ex manda*

⁵ *post scrive: de del.*

⁶ Ut sinus ... Kaczoronski: *scr. Clavius*

Giovanni Pellegrini (1) a Christoph Clavius in Roma
 Colle Buggianese 24 gennaio 1606
 APUG 529 cc. 254r-255v
 Autografa

254r

Ihs Maria f

Molto Mag.co e Rev.do Padre .S.

La benignità e cortesia di V. P. molto R. (per quanto la fama sua in queste parti risuona) mi da materia d'esser troppo audace con lei, masime non la conosciendo se non per fama: Sò che si maraviglierà di tal' mia actione cosi all'improvviso facendole reverentia e dedicandomele per servitore, con questi quattro mal' ordinati caratteri: ma confidatomi nel'amorevolezza sua mi rendo certo che con lieto aspetto non sia per mancare d'scusarmi et aggradir quanto da me gli vien domandato: e di qui che dà tal fiducia mosso e parte ancora dalla curiosità mia la vengo a pregar', voglia restar' servita dignarse rivedere e darmi il suo consiglio sopra un mio disegno che hò fatto del modo di livellar' un lago (2), che qui in Toscana di corto si deve fare frà il Sere.mo Gran Duca mio Sig.re (3) e molte comunità della Valdinievole⁷ e perche sarà cosa di grandissima importanza poi che dal' poca⁸ altezza della pelle del'acqua del stesso lago producente un angulo acutissimo si deve alzar' i livello braccia due et un ottavo livellando fino all'intersecatione della terra, che potria esser tal distantia due miglia in circa e di circonferentia vicino a sedici; di qui è che hò trovata tal inventione per mio diporto giudicandola à questo proposito molto più atta del'instrumento à acqua massime non si havendo a livellare ne poggi ne catrafossi: Mi sarà gratissimo haver il suo parere di quanto ne giudica e mi perdoni la troppa temerità usata e darle fastidio mentre da N. S. gli prego lacrescimento⁹ delle sue Divine gratie del

7 Valdinievole: *corr. ex* Valdinevole

8 dal' poca altezza: *corr. ex* dal'altezza *et* poca interscr.

9 lacrescimento: *sic*

Colle di Valdinevole¹⁰. li 24 di Genajo 1606.

Di V. P. mto Rev.da
Servitore Aff.mo

Gio. Pellegrini.

255v Al Mto R.do
P. Christoforo Clavio
della Comp.a del Giesu mio o.ssmo
à Roma.

Ioannes Pelegrinus¹¹

259

Johann Reinhard Ziegler a Christoph Clavius in Roma
Mainz 7 maggio 1606
APUG 530 c. 247r-v
Autografa

247r Pax Christi
R.de in Christo Pater,

Iam dudum avide expecto exemplar Arithmeticae R. ae V. ae
cura correctum, cum additamentis, quae promiserat R. V. (1)
Itaque vehementer rogo, ut desiderio meo quamprimum R. V. a
satisfaciat. Nam quae apud nos sunt exemplaria, adeo sunt
erratis obsita, ut indigna sint quae Clavii nomen in fronte
proferant. Nisi R. V. cito miserit cogetur typographus (2),
cum exemplaria sua antiqua ad 30 omnia distraxerit recudere
errores priores, cum exemplari meliori destituamur, nec
corrige errores, qui passim innumeros irrepserunt cuiusvis
sit. R. V. a mittat secure per postam, nam typographus sumptum
libenter praestabit, itaque proxima posta et literas R. V. et

¹⁰ di Valdinevole: *interscr.*

¹¹ Ioannes Pelegrinus: *alia manus scr.*

exemplar expecto. Quod si aliud quid interim R.a V.a paraverit gratum fuerit intelligere. Scripserat ad me P. Odo editionem sphaerae a R.a V.a correctam Romae susceptam (3). quod si fuerit absoluta, quaeso procuret R. V. ut exemplar habeamus ad proximas nundinas, nam valde me suspensum hactenus tenuit varietas quam reperio¹² in editionibus quarum ultima Veneta omisit omnia, quae aliis prioribus accesserant (4).

Ioannes Kepplerus C. M. Mathematicus haeret circa eclipses a R. V.a in Caput. 4. sphaerae consignatas, meque per literas valde rogat ut a R. V.a obtineam plenioram aliquam narrationem, maxime circa illam Lusitanicam, an non in consignatione illius aliquid sit erratum in anno, fortassis typographorum culpa (5). Suspicionem mihi movet, quod exemplaria quaedam habeant annum 1560, alia vero 1559. Et R. V.a in suis ad me literis alias posuerit annum 1558 (6). Rogo R. V.am hanc nobis gratiam praestet ut isti viro satisfaciamus, spero nos communicando cum illo et eius [...] aliquid lucis posse adferre. Edidit is nuper epistolam ad omnes Mathematicos, in qua¹³ valde cupit hanc observationem deliquii solaris anni 1605. 12 Octobris. Si R. V.a mihi dignabitur mittere Romanam observationem communicabo illi quamprimum (7). In eadem epistola agens de duabus eclipsibus a R. V. consignatis haec verba addit

Sperant autem mecum multi fore, ut qui utramque dictarum eclipsium memoriae consignavit Clavius, vir de his artibus optime meritus, luculenta aliqua narratione, seu publica, seu privata, priusquam ex hac vita, iam senex admodum discedat, nos ex iis ambiguitatibus eripiat, in quibus nos ex lectione allegati loci meorum optidorum suspensos teneri videtur (8).

Haec ideo exscripsi ut tanto libentius R. V. hunc laborem suscipiat, quem spero futurum non inutilem.

Accepimus his nundinis libellum in 8 unius alphabeti de variis annorum formis in Anglia scriptum a Thoma Lydyat contra Scaligerum et R.am V.am. titulus hic est (9)

Tractatus de variis annorum formis usurpatis a gentibus quarum illustria fuerunt regna etc praesertim vero de antiquissima et optima. Quo passim Illustrissimi viri Iosephi Scaligeri his de rebus opiniones minus probabiles; ac demum celeberrimi Mathematici Ch. Clavii Iesuitae atque totius collegii Mathematicorum Pontificorum artificium novitii anni Gregoriani, errores atque ineptiae redarguuntur etc.

Dignus plane hic homo qui acriter vapulet. Spero R. V.am iam habere exemplar, si non habet significet statim, mittemus

12 post reperio: *verbum quodd. del.*

13 post qua: *del han[c]*

per postam¹⁴, Et iam se offert P. Ioannes Brenneisem¹⁵
Convictorum nostrorum Regens suo se sumptu id facturum (10).
Accepi etiam Christophori Dibvadii Hollandi libros Euclidis 7
8 9 et 10, numeris algebraicis illustratos, sed quae apud nos
sunt nova et in admiratione posita ea vobis iam puto esse
obsoleta (11). Vale mi Pater et ignosce interpellanti
importune, meque responso tuo exhilara. Moguntiae 7 Maii anno
1606. Sanctissimis precibus vestris et sacrificiis valde me
commendo. et plurimum saluto R. P. Grunbergerum et P. Odonem
Malcotium, qui meas brevi videbit.

R. V. ae servus in Christo

Ioannes Reinhardus Ziglerus

Salutat R. V. P. Nicolaus Serarius (12) hortaturque ut
Lydiatus ad lydium lapidem examinetur.

247v Reverendo Patri in Christo
P. Christophoro Clavio
Societatis Iesu.
Romam.

260

Jean Deckers a [Juan Bautista Villalpando] (1)
Graz 14 maggio 1606
APUG 529 cc. 1r-12v
Copia

1r Reverende in Christo Pater
Pax Christi.

Dum varia me, et multiplex officii procuratio multis
implicitum curis tenebat atque constrictum (2), literas

¹⁴ post postam: fo del.

¹⁵ Brenneisem: sic

accepi Rev. V. (3) Quae cum vacuum solutumque pectus flagitarent, differendam tantisper putavi responsionem, donec Vienna reversus Austriacorum (Nam ibi me vestrum reperit epistolium, ubi de more Provincialis Synodus cogeatur) a meis possem schedis opem subsidiumque deprecari. Quod nunc demum velut postliminio restitutus praesto. Nec spero responsum visum iri tardum, aut ingratum, modo si veritate fixum sit et ratum. Et quoniam iudicum disciplina est, ut prius ex utraque parte causam diligenter agnoscant et ita porro sententiam pronuncient, obsecro Rev. V. illosque quorum forte sensibus haec mea subiicienda venit epistola (4), ut sicuti veritatis sumus omnes appetentissimi, ita auditis experitisque partium rationibus in illam quisque transgrediamur sententiam, quae veriora vel similia saltem veri protulerit: et ut ordinem, quem ipse sequar ante edictum, quae utrique in noto sunt et concessio ea pro sequestro ponam; illaque persequar solum, quae in lite nobis sunt et quaestione.

Summa itaque epistolae vestrae haec est: Contra omnem Computi rationem annos me contexuisse bissestiles: quam si cum classicis conferam scriptoribus, omnibus illam meam sim inventurus contrariam. Haec etenim verba vestra sunt: de veritate mox videro. Censet proinde R. V. non debuisse ex institutione Julii Caesaris diem unum intercalari in Februario Anni quinti Iuliani atque ita exinceps 9. 13. 17. 21. 25. 29. 33 et 37. Quin contra nihil addubitat Anno 36. Iuliano quem rite Auctor Annalium (5) inscripsit Iul. Antonio, et Fabio Max. Coss. fuisse animadversum, et correctum errorem dictumque illum annum habuisse in Februario bissextum duodecimum. Nam primus bissextus anno sic tertio fuerit Iuliano Hircio, et Pansa Coss. secundus sexto, atque ita ex inceps; quemadmodum nobilis scriptor Annalium in Appendice ad X Tomum illos colligavit. A quo ego calculo (ut quod res est libere dicam) longissime dissentio (6). Rationes ubi meas produxero, integrum lectori esto iudicium. Pergit dein epistola: me ex adverso cum omnibus depugnare scriptoribus, qui duodecies fuisse aiunt intercalatum triginta sex spatio annorum, cum id novies tantum fuisse factum oporteret. //

1v

Post ita claudis: Quae vel una ratio argumento est, non certo aliquo niti ea fundamento, quibus conatus sum consensionem tot saeculorum convellere. Tandemque asseris sententiam illam tuam Patris esse Clavii, cui mea isthaec opposita in mentem nunquam, nedum in calamum venerit, eodem id attestante.

Ad quae omnia hoc nunc generatim do vicem responsi: Tantum abesse nostra ut haec series Bissextorum, cum classicis omnibus pugnet scriptoribus, quorum tamen nominatus est nemo; ut e diverso hanc nunc iam luce clarius sim

commostraturus scriptorum esse *comprimis*¹⁶ classicorum, ipsissimamque quam ob signatis ad me tabellis Clavius misit sententiam; oppositam porro illam alteram, cum illis toto coelo atque veritate compugnare. Quae quia ab utraque parte dici possunt, et si utrinque veraciter dici non possint, ea nunc singillatim comprobabo.

CAPUT I. IN QUO R.P. CHRISTOPHORI CLAVII EXHIBETUR
TABULA BISSEXTORUM NE UNA IN LITTERA DISCREPANS A
NOSTRA (7)

Hinc iam cominus disceptaturus, aliquas etiam num lineas praeducendas sentio, ad quas certius disputemus. Atque ostensurus in primis meam Bissextorum Tabulam cum classicis concordare scriptoribus, Parapegma hic subieci Bissextorum, ante quinquennium mihi a Praeceptore olim meo R. P. Clavio (8) ex Urbe transmissum. Ab illo autem ne vel unica in anni littera dissentio sive *erronia*¹⁷, sive Iuliana: modo si a littera B. inclusive primi anni Iuliani dinumeres. Nam de C. littera ei collateralis, et dicam posterius, et quia hoc non agitur potissimum, haud valde pro ea digladiabor. Iam itaque lectoris interpono iudicium, mea ne an opposita ab ista Clavii Bissextorum serie divortium faciat. Tertium ergo annum Iulianum cum erronea coniugavi littera G. pariterque et cum G. Iuliana coniugavit et Clavius. At enim disparata illa ratio dum tertium annum Iulianum tam ex Caesaris institutione, quam sacerdotum contendit intercalatione habuisse in Februario Bissexto prorsus per omnia dissentit.

Iterum et mea, et Clavii Tabula Bissextorum Iulianum, quinto affigit Anno Iuliano; rursus 9. 13. 17. 21. 25. 29. 33 et 37 sicque consequenter ad primum usque bissexto anno aerae Christi octavo legitime demum celebratum. Quem annum cum diserte appellet Clavius 53. Iulianum, sicuti et 33. Annum Dionysiacum rite inscribit 78. Iulianum, nulla hic de annis Iulianis, quos maioris lucis ergo, eius adscripti Tabulae, potest esse tergiversatio.

16 *comprimis: sic, scil. complurium*

17 *erronia: sic, scil. erronea*

CHRISTOPHORI CLAVII TABULA BISSEXTORUM

Anni Iuliani	Litera secundum Inst. Cal.	Anni ante Christum	Litera Erronea	Anni Iuliani	Litera secundum Inst. Cal.	Anni ante Christum	Litera Erronea	Anni Iuliani	Litera secundum Inst. Cal.	Anni ante Christum	Litera Erronea
1	CB	45	CB	19	A	27	GF	37	GF	9	DC
2	A	44	A	20	G	26	E	38	E	8	B
3	G	43	G	21	FE	25	D	39	D	7	A
4	F	42	FE	22	D	24	CB	40	C	6	G
5	ED	41	D	23	C	23	A	41	BA	5	F
6	C	40	C	24	B	22	G	42	G	4	E
7	B	39	BA	25	AG	21	FE	43	F	3	D
8	A	38	G	26	F	20	D	44	E	2	C
9	GF	37	F	27	E	19	C	45	DC	1	B
10	E	36	ED	28	D	18	BA	46	B	1	A
11	D	35	C	29	CB	17	G	47	A	2	G
12	C	34	B	30	A	16	F	48	G	3	F
13	BA	33	AG	31	G	15	ED	49	FE	4	E
14	G	32	F	32	F	14	C	50	D	5	D
15	F	31	E	33	ED	13	B	51	C	6	C
16	E	30	DC	34	C	12	AG	52	B	7	B
17	DC	29	B	35	B	11	F	53	AG	8	AG
18	B	28	A	36	A	10	E	54	F	9	F

Initium
Correctionis
Augusti

Nativitas Christi D
(iux. vulgatam
epocham).

Anni post
Nativitatem

Finis correctionis
Augusti
Hucusque error

Ac vero ratio illa, quam hic demolior, bissextum Iulianum tertio affigit Anno Iuliano, dein 11. 15. 19. [2]3. 27. 31. 35. Primum Autem Bissextum legitime celebratum vult anno tertio Iulano¹⁸; iterumque legitime resumptum quinquagesimo primo. Mea denuo et Clavii Tabula, initium correctionis Augusti, primumque annum ex duodenis, quos sine intercalatione iussit decurrere, trigesimum octavum constituit Iulianum cum littera B. erronea E Iuliana. At opposita altera primum annum ex duodecim cum undetricesimo pariat Anno Iuliano, quem ex ordinatione Caesaris facit Bissextilem. Cum tamen tam in mea, quam Clavii Bissextorum Tabula secundus sit a Bissexto cum litera erronea A. et D. Iuliana. Iterum mea tabula finem correctionis Augusti in quadragesimo nono statuit Anno Iuliano, cum litera E.¹⁹ erronea et Iulianis FE. Quod et mordicus arripuit medullis usque imbibit Clavius. Ast contra ratio illa // a litera in 2v quinquagesimo anno Iuliano correctionem terminat, et rursus anno ut dixi 51. legitime celebratum affirmat resumptumque Bissextum. Caetera quid memorem? quando ex his propalam videt Lector, eadem me navi, et Bissextorum Cynosura cum Clavio nostro; immo vero, quod mox ostendam cum classe navigare Mathematicorum diversamque illam Bissextilem seriem toto Coelo, et solo ac salo discriminari. Haec autem Clavii Tabula, eadem est ipsa cum ea, quam Ioannes Lucidus, Petrus Pitatus, et (ut ne omnes percenseam) Iosephus Sc liger²⁰ delinearunt (9). Hocque differt tantum, quod Ioannes Lucidus et Petrus Pitatus aliique complures, non CB. primo affigant anno Iuliano (quod hic fecit Clavius) sed litteram B. solitariam. Quam porro recte et quo illo illucente sole historiae, id inferius declarabo.

CAPUT II. IN QUO BISSEXTORUM HAEC IN NOSTRA TABULA
DISPOSITIO CUM CLASSICIS OSTENDITUR COHAERERE
MATHEMATICIS.

Quod ad rem multum facit, meam quam molior explicare istud est quod cum Clavius hac ipsa sua in Tabula, tum unanimis Mathematicorum habet consensus; Primum annum Dyonisianum, seu vulgaris Christianorum Epochae cum 46. petere anno Iuliano. Id etenim Ioannes Lucidus, Petrus Pitatus, Paulus Forosempronienis Episcopus, Ioannes Stofflerinus, Alexander Scultetus, Nicolaus Copernicus, et Iosephus Scaliger non solum docent (10); sed lippis etiam et

18 Iulano: *sic, scil.* Iuliano

19 E.: *interscr.*

20 Sc liger: *sic, scil.* Scaliger

tonsoribus notum volunt; Hanc vulgarem Mathematicorum esse sententiam. Et quoniam fatigem lectorem atque fatiger ipse, si omnes dinumerem unus pro multis²¹ audiatur Petrus Pitatatus²², in suo quem cum Romanae historiae sole Onufrio Panvinio instituit dialogismo (11). Hic enim Onufrius Natale Christi Domini in 44 coniecerat annum Iulianum solidoque fecerat anno posterius quam Illustrissimus scriptor Annalium. Quem nos (Pitati verba sunt) Mathematici primum Nativitatis Christi Annum numeramus sub 4. 194. Olympiadis Anno; In secundum: dum priori hoc est 3. olympiadis dictae anno eundem natum arbitraris. Nec minus de subsequentium annorum Christi numero facis. Denique in omnibus nos unitate praevenis. Haec ille. Neque alia magis intima causa cur par unum Consulum ex fastis dispunxerit Onufrius: quod ut me suspicione exsolvam hic nomino alias a me itentidem indicatum. Consulatum quippe substulit Probi ac Paulini, quo perfidiae vexillum levavit Manicheus. Annus // is erat Christi 277. quo et Christiani soliti sunt numerare Annos 276. completos a Natali Domini, itidemque 246. ab eius Resurrectione et Ascensione quam vetustissimam Christianorum epocham ex omni prope memoria evulsam, nunc iam assero atque in libertatem vendico. Hoc quod in Onufrio Pitatus, idem et Tychon Brahe vidit, et Gerardus Mercator et Temporarius, et complures observarunt oboluitque id olim Mariano Scoto, qui cum Natalitium Christi annum cum clarissimo signasset annalium scriptore 43. anno Iuliano, agnovit ilico biennio se solido aeram praevertisse Dionysianam (12). Cedo haec eius verba. Anno ad veritatem Evangelii M.LXXVI secundum vero Dionysii ciclum MLXXIII. Hilliprandus, qui et Gregorius breviorum dicit Dionysii aeram biennio ut nos. Haec ibi. Neque id quoque interdum obscure fert verum esse Nobilis auctor Annalium. Si quidem cum 458. Anno Christi, secundum comparat annum 309. olympiadis. Mille itidem superque annos quinquaginta Urbis secundum Varronianam (quam sequimur) supputationem scribit expletos fuisse annos Christi 298, Fausto et Gallo Coss. (13) Quae sicuti verissima sunt, atque ex ludis secularibus Fastis Consulum Iubilaeis indictionibus scriptoribusque tam prophanis quam ecclesiasticis possunt demonstrari; Ita utramcumque in partem illa interpreteris, alteram rescindunt hypothesin: qua Christi Natale ex vulgari Epocha 43. collocant anno Iuliano, itemque 2.194. Olympiadis et Urbis 751. Qui nisi biennium trascendant, nunquam vel in aeram dilabentur Dionysiacam, vel utrumque suum assertum foederabunt. sed de hoc prolixius alias. Et hic itaque velut in speculo intueri fas est, Mathematicos quos suppressis nominibus advocatos tibi R.de Pater adsciveras, pro me nominatim atque adversum te sententiam ferre. Illi quippe Natali Christi secundum vulgatam aeram anno signat 45. Iuliano. Quem annum usque adeo

21 pro multis: *alia manus corr.ex permultis et pro interscr.*

22 Pitatatus: *sic, scil.* Pitatus

ex ordinatione Caesaris non tacent fuisse bissextilem; ut eorum nonnulli peritia destituti historica tam illum quam 49. Iulianum quartumque Dionysianum fecerint reapse bissextilem. Possem equidem centena huc congerere argumenta. Sed monet me Graecorum Adagium; Ne ad solem faculas admoveam, quod ii faciunt qui de potestate exierunt. //

3v

CAPUT III. IN QUO ERROR INTERCALATIONIS, ANNO OSTENDITUR
38. IULIANO FUISSE CORRECTUS, NON 36. QUIDAMQUE
DETEGUNTUR ERRORES.

Nunc etiam antequam progrediar id restat ut hic attexam; Certum non esse, quod a R. V. pro certo hypothemate asseritur: Anno 36 Iuliano (quem probe Auctor Annalium cum Consulatu Iul. Antonii et Fabii Maximi componit) (14) fuisse animadversum et correctum ab Augusto errorem. Testem etenim edo Svetonium, qui ex ipsiusmet Augusti Codicillis vitam nobis eius descripsit, anno asserentem 38. Iuliano emendatum errorem. En haec ipsa eius verba. Annum a D. Iulio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum, atque confusum, rursus ad pristinam rationem redegit. In cuius ordinatione Sextilem mensem suo cognomine nuncupavit (15), nempe digito annum indicat illum quo C. Marcio Censorino, et C. Asinio Gallo Cons. mensem constat Sextilem Augustum fuisse cognominatum. Haecque ipsa suis mihi, verbis attestabitur illustris scriptor Annalium. Censorino et Gallo Coss. Augustus Annum correxit, et Sextilem Augustum appellavit. Ista ibi; quibus et Svetonium, et Censorinum edit subscriptores (16). Ex quibus pariter illud perspeci volo dicto anno 38. Iuliano, quo Sextilem suo nomine indigitavit Augustus, duodecim iussos annos sine intercalatione decurrere. Atque ab hoc fonte initium ego Correctionis cum Censorino, et Svetonio, Macrobio, Solino, nostroque Clavio, et Mathematicis derivo. Non itaque certum vel verum, 36. id contigisse anno Iuliano: Nec itidem veritate nixum illud. Primum annum ex duodenis, qui mandato Caesaris sine die excurrere intercalari, cum 39 competere Anno Iuliano, et ante natum Christum quinto. Si quidem primus hic annus ex duodecim 38. fuit Iulianus, et quemadmodum in mea ac Clavii, et Mathematicorum signatur Tabula ante aeram Christi octavus.

4r Ne Novacula hic incidat in cotem, et nimio quis forsitan
acumine acumen conetur omne evertere Mathematicorum, ab illis
nunc stare monstrabo veritatem // neque aliud hic contexi
posse Bissextorum filium. Auctor enim certissimus est
Censorinus Instituisse Iulium Caesarem ut pro quadrante diei,
qui annum verum suppleturus videbatur, peracto quadriennii
circuitu dies unus, ubi mensis quondam solebat post
Terminalia intercalaretur, quod nunc Bissextum vocatur. Ex
hoc anno ita a Iulio Caesare ordinato, caeteri ad nostram
memoriam Iuliani appellantur, lique consurgunt ex quarto
Caesaris Consulatu. Haec ille (17). in quibus isthaec eius
pondero verba: Peracto quadriennii circuitu ex quarto Caesaris
Consulatu diem debuisse unum post terminalia intercalari.
Unde iure elicio, primum nobis annum, qui 365 diebus et
quadrante constat, ex quarto Caesaris Consulatu, seu primo
anno Iuliano exurgere; et non nisi peracto quadriennii
circuitu post terminalia Anni quinti Iuliani debuisse ex
mente Caesaris Bissextum emergere. Quod cum nostra tum
Mathematicorum exhibet Tabula, pugnatque cum iis e diametro,
qui post terminalia tertii, vel etiam quarti anni Iuliani
legitime celebratum censet Bissextum. Neque enim in Februario
tertii anni Iuliani amplius quam duo confecti fuerant diei
quadrantes post excursum confusionis annum, tres vero in
Februario quarti anni Iuliani. Qui ergo tunc vel peractus
diei potuit quadriennii circuitus, vel ex gemino ternove diei
quadrante legitimo confieri Bissextus. Quod argumentum eo
nervi est robustioris, quo mensem inter Novembrem et
Decembrem Anni confusionis Auctore liquet Censorino, duos
intercalatos fuisse menses dierum 67. Secundo (18); his
geminum est Macrobbii testimonium. Cum oporteret (ait) (19)
diem, qui ex quadrantibus confit quarto quoque anno confecto
antequam quintus inciperet intercalare; illi quarto non
peracto, sed incipiente intercalabant. Quem errorem sex et
triginta permansisse annis edocet. exaudio integre excursis,
quod post terminalia demum fuit incipientis anni 37 Iuliani.
Iussit vero Augustus, ut post duodenos annos sine die
intercalari decursos, quinto quoque anno incipiente
intercalaretur. Ex quibus perspicue videor intelligere,
labente tum adhuc, et nondum integre confecto quarto Anno
Iuliano, non oportuisse dare Bissextum sed anno primum quinto
incipiente. Hoc est ut ansam amputem erroris; post quinti
anni Iuliani terminalia. licet namque Caesar initium Annorum
Iulianorum, quoad caetera a Calendis Ianuariis esse voluerit;
quoad intercalationem tamen illos post terminalia et
4v incipere, et // terminari placuit. Alias qua ratione peracto
quadriennii circuitu et incipiente quinto, seu ante quam
quintus inchoaret, Bissextum fieri secundum ordinationem

²³ veritate: alia manus corr. ex varietate

Caesaris Augustus praecepisset. Tertio et mihi liquido sensisse videtur Solinus qui cum C. Caesarem narrasset in anno illo confusionis dies XXI. et quadrantem simul intercalasse, subiecit, quae notes. Ille ergo²⁴ annus solus 454. dies habuit (neque addit et quadrantem sicuti dum infit) alii deinceps 365. et quadrantem (20). Quo non obscure liquet primum annum, qui quadrantem habuit ex quo iussu Caesaris fieret Bissexus fuisse Solino primum annum Iulianum qui annum²⁵ proxime excaepit confusionis. Nec illa Solini verba nodum habent. Dies XXI. et quadrantem simul intercalavit. Nam haec eorum mens clara sensusque manifestus. Intercalavit Caesar praeter dies XXI diem itidem alterum custodiendi (ut ipse loquitur) quadrantis gratia. Dies si quidem intercalarius qui ex quadrante confit in annum recte illum inciderat confusionis attestante id nobis Svetonio. Alioqui nisi viginti duos dies in Februario intercalasset Caesar minime esse id verum quod in ibi vult esse Solinus; Annum istum constitisse diebus 454. Si quidem inter mensem Novembrem, et Decembrem sexaginta septem dumtaxat dies interiecit Caesar qui propii ipsius Caesaris fuere: quemadmodum ex Dione et Centorino fit palam. Ex quibus etiam corrigendus videtur Solinus quando ait annum illum confusionis 454 tantum dies habuisse. Nam XXIII. dies post terminalia Caesar interposuit. Quapropter uno minus Solinus dixit; et vero duobus minus dixisset, sibique pariter contradixisset; nisi intelligi voluisset XXII. dies inter terminalia et Regifugium fuisse insitos.

IV. Nec aliorum verba spectant Macrobiani. Hic error sex et 30 an<norum> permansit quibus annis intercalati sunt dies XII. cum debuerint intercalari IX. Rursum Solini. Sic per annos sex, et 30, cum 9 dies tantummodo sufficere debuissent, 12. sunt intercalati, Tum uterque subdit; duodecim annorum sine intercalatione decursu sublato errorem; et quinto anno (Exinceps incipiente iussum intercalari. Non itaque proximo anno) post illos 12. legitime resumere aut celebrari bissextum potuit, sed quinto demum anno incipiente: eo // semper significatu, quo quinto diximus anno Iuliano debuisse celebrari primum Bissexum.

Accedit V. quod nisi in prima intercalatione errassent Sacerdotes ne quidem in consequentibus aberrare potuissent. Nam pari semper forma sunt usi ac norma; nimirum anno quarto incipiente.

Postremo si primus annus, quos ex duodecim iussit Augustus sine intercalatione decurrere fuit .39. annus Iulianus, uti altera illa Bissexorum series deponit; ergo decies ex Institutione Caesaris oportuisset tunc intercalasse et decies ter ex vitio Sacerdotum. Nona etenim intercalatio Iuliana si-

24 ergo: alia manus corr. ex ego et r interscr.

25 annum: corr.ex annus

gnatur ibi anno 35. Iuliano et duodecima erronea 36.

Claudet hoc caput Petri Pitati illustre testimonium, quo hanc ipsam anno 3.o Iuliano rationem intercalandi, quam duce olim Paulo Forosimproniensi secutus fuerat, veritate tandem agnita hoc velut repudii libello obligavit (21). Nam quod ex mente Pauli Episcopi Forosimproniensis primum anno tertio Sacerdotes intercalarint, et sic deinceps annis Sexto, Nono, Duodecimo usque ad 36. pene tunc auspicatum, nulla profecto ratio suadet, tantam Sacerdotum imperitiam: ut annis tantummodo duobus exactis, tertioque vix inchoato bissextilem diem ex quadrantibus duobus tantum conficerent. In sequentibus namque facilius fuerat eosdem decipi, dum quarto quoque inclusive accepto, non tertio, sed quarto eidem videretur intercalasse anno. Quod de duobus prioribus ac tertio inchoato minime, nisi ab omni prorsus ratione alienum conceditur. Ita aperte rem ipsam est elocutus ut nihil circuitione sit usus. Tantam negat imperitiam in imperitos Sacerdotes, ne dum in Sosigene²⁶, et Caesarem Dictatorem potuisse cadere. Quodque ad eam quam iam dudum tracto quaestionem pertinet, et iam subnectit Pitatus; non solum dies omnes, sed etiam quadrantes, qui confusionem facere poterant, a Iulio Caesare Anno correctionis fuisse consumptos. Quo sibi testes advocat Macrobius et Solinus. Nempe omnia haec nunc verba redeunt denique ne hoc nobis Mathematicorum fulcrum revellatur. //

5v CAPUT V. VARIA APODIXI A POSTERIORI EADEM VERITAS
 DEMONSTRATUR.

Et ut isthuc faciamus neque a Mathematicis uspiam, neque a bonis scriptoribus super Bissextorum institutione fuisse quicquam literis mandatum: An operosum erat via multiplici ad arcem pervenire veritatis fontem Bissextorum? Si quidem ab Octaviano Augusto ad Jovinianum usque qui Iuliano IV. et Salustio Coss. anno Domini 363 inivit imperium, tres, et quadraginta fuere Imperatores per 407. annos. Id enim Sextus Ruffus in Breviario eo ipso anno cum hac supradictione²⁷ conscripto, Imperatorique Joviniano dedicato in posteros vulgavit, quod sine ulla caligine verum esse ita quisque perspiciet; si modo memoria repetat Iulium Caesarem XV. Martii, anno secundo Iuliano occisum, atque exinde Augusti coeptum numerari imperium (22). Annus proinde 363 Dionysiacus cum 408. recipiatur Anno Iuliano, itidemque tertio a

²⁶ Sosigene: *sic, scil.* Sosigenem

²⁷ supradictione: *alia manus corr. ex suprascriptione et dictione interscr.*

Bissexto. Nam anno consecuto Valentinianus in Bissexto creatus est Imperator, et postridie Bissexti inauguratus est imperio. Testem produco et inspectorem Ammianum Marcellinum (23). Iam si 409. Annus Iulianus ex mente Caesaris fuit Bissextus fuerit utique et annus nonus, itemque quintus ceterique omnes in nostra Tabula digesti.

Secundo. Quo anno Alexander Mammeae (24), qui initio fere Martii Antonino IV. et Alex. Caes. Coss. capessivit Principatum, primus labebatur Annus 250²⁸. Olympiadis, itidemque 267. Iulianus. Cuius quia calculi mihi testes sunt Annales Ecclesiastici minime alterius indigeo. Hoc autem stabilito, et fixo facillime excutitur Tabulae nostrae veritas. Etenim S. Hippolytus Martyr, qui eo se testatur anno Canonem scripsisse Paschalem, qui hodieque extat monumentum veri, lunam adfirmat XIV. primi mensis in XIII. tunc incidisse diem Aprilis, et quidem in Sabbati feriam. Quin et eundem annum signat Hippolytus secundum a Bissexto, et Embolymaeum (25). An qui in complexu, et oculis annum illum habuit clariore potuit solis radio demonstrare fuisse // 6r illum ipsum Aere²⁹ Christi 222. et neutiquam 224. quo in Annalibus primordia Imperii Alexandri inscribuntur? (26) Neque mecum tantum facit Gerardi Mercatoris Chronicon, sed cyclus solis et lunae, Epactae insuper, et litere³⁰ sive Martyrologii sive Dominicales. Et hae sunt, velut albae quatrigenae, quae Cronologici currus rotas per annorum deveheunt volumina. sine quibus

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Tertio. Annus quo Ulpio et Pontiano Coss. brevem illum suum, sed vere aureum Censorinus conscripsit libellum, XVII. fuit, ex quo Alexander Mammeae inierat imperium: Itidemque primus in secunda Heccedeaeteride S. Hippolyti, qui Pascha notat Dominicae Resurrectionis, eo anno fuisse XV. Aprilis; Annumque illum fuisse Embolymaeum et secundum a Bissexto. Qui rursus irrefragabiles sunt characteres anni 238. Dionysiani apertumque faciunt cum anno qui annotatur in Annalibus Christi 240. dissidium. Et vero ipsum hunc annum Censorinus clara voce profitetur fuisse 283. Iulianum, a Roma condita 991. Ab Olympiade prima 1014. Iam si 283. annus Iulianus cum 1. et 2. competens anno 254. Olympiadis fuit secundus a Bissexto, itidemque 238. Dionysianus, manifeste veritas nostrae Tabulae comprobatur; fitque illustre primum annum Christi Dionysiacum cum 46. pariari anno Iuliano, itidemque cum 4.194. Olympiadis et 1.195. necnon cum Annis Urbis 753. et 754.

28 250: corr. ex 260 et 5 interscr.

29 Aere: scil. Aerae

30 literae: sic, scil. literae

Quarto idem ducentorum est ambitus annorum a ludis secularibus Claudii Imperatoris ipso Claudio IV. et L. Vitellio Coss. usque ad editos a Philippis ludos Philippo II et filio Coss. qui est a ludis saecularibus Severi Chilone, et Libone Coss. usque ad illos Honorii, Honorio VI. et Aristeneto Coss. Quo circa cum negari nequeat ludos hos Honorii ad Annum spectare Christi 404. (Nam teste Hieronymo mortua est dictis Coss. S. Paula VII. cal Febr. tertia sabbati) (27) inde illustre fit tam illos Severi anno editos Christi 204. quam illos Philippi 247. (quo ex illos Gerardus Mercator collocavit,³¹ ac illos denique Claudii anno Christi 47.³² ludos porro Claudii editos anno 92. Iuliano extra aleam est. Unde rursus in nostra Tabula spectandam se veritas praebet quae obviat nobis quasi mater Honorificata.//

6v Quinto. Scitu obvium est Anno XII. Neroniano quo bellum exarsit in Iudea, Pascha Iudaeorum in octavum incidisse diem Aprilis septima item Septembris in Sabbati feriam strage Ananiae Pontificis, velut indelebili stigmatate infamem. Atque irrefutabiles isti sunt characteres anni 65. Dionysiaci quem praeter cyclum Solis et Lunae et Epactas literasque. Martyrologii et Dominicales facti³³ denique produnt Consulares fuisse CX. Iulianum.

Sexto. Anno CXV Iuliano, Vespasiano et Tito Coss. impletus est sermo nostri Redemptoris de fuga Iudaeorum in sabbato die octava Septembris feria septima: qua captae sunt Hierosolymae manu Titi. Quo ipso anno Pascha Iudaeorum in XIV. incidit diem Aprilis quo et circumsessa fuit Urbs a Romanis qui rursus testes sunt in caelo fideles anno isthaec septuagesimo evenisse Dionysiano atque adeo verissimum esse Mathematicorum axioma, Primum Christi annum cum 46 reciprocari Iuliano.

Innumeris haec firmare possum argumentis sed servet hoc caput formam suam eo breviorum quo ista in alio sunt scripto uberius a nobis explicata.

31 collocavit,: *sic, scil.* collocavit)

32 47.: *sic, scil.* 47.)

33 facti: *sic, scil.* fasti

CAPUT VI. IN QUO OSTENDIT AUCTOR NON A SE, QUIN AB ALIIS
POTIUS CONSENSUM CONVELLI SAECULORUM.

Quoniam ecquis ille sit saeculorum consensus, quem convellere voluisse incusor³⁴, id minime expressum R. ae V. ae epistola fuit. metus est, ne, quicquid dixero nihil ad rhombum³⁵ spectare iudicetur Usque eo verus ille, et vetus est sermo Philosophi; Sermones in universali parum utiles ea propter pressius insistam, et pede pes Densoque viro vir. Primum ergo annum Aerae Christi cum 46. comparo anno Iuliano; mecumque faciunt, et porro ultra facient Mathematici. Hunc consensum ipsusmet Rev. de Pater tollis; et quam ne Hercules clavam de illorum possit manibus extorquere frustra adniteris. Christum Dominum ego nequicquam dubitans passum aio mense Martio: qui unus omnium sensus fuit Patrum atque consensus. Contra (nisi id ego si fallor) R. V. in Aprili: quod nulli unquam veterum in cogitatione venit. Ego cum Consilio Palestino (cuius inter nostramque etatem amplius annorum esse mille quadringentis historia aperit) (28) Dominicae Resurrectionis diem statuo XXV. Martii, eundem quo in Virginis thalamo Verbum caro factum est. Cui declarationi et Romani Ponti//ficis S. Victoris auctoritas (cuius nomine S. Theophilus Synodo praesedit) pondus addit et vetustissimus Ecclesiarum usus consensioque populorum et Doctorum. At R. V. perfortiter abnuit id posse verum esse. Affirmo eadem Pascha Vigilia, qua in die Coenae purae Christus fuit conceptus, fuisse pariter in dimidio annorum vitae hominis aetateque perfectissima mortuum et quidem die XXIII. Martii, quo primus olim homo fuerat praevericatus. Hunc concertum³⁶ respuis. Adiungo Anastauros in Servatoris nostri Dei, XXXI. anno Dionysiaco dedicatam et cum Ecclesia lustris sex peractis vitae, Agnum cano in Cruce levatum. Ab hac armonia discordat Rev. V. Ego apprehendo disciplinam Patrum atque antiquissimum Christianorum usum triginta solidis tantum annis Dionysiatis aeram Christi Natalitiam antevententium Epocham mortis Christi. Hic R. V. praeterit narratio seniorum, quam ipsi dedicerunt³⁷ a Patribus suis. Ego permaneo in his, quae a Primoribus Ecclesiae didici Romanoque inserta extant Breviario, omnisque olim vetustas pro comperto habuit; S. Iacobum fratrem Domini anno Neronis septimo coronatum Martyrio posteaquam 30 annis muneri praefuisset Episcopali Petrum et Paulum anno a die Redemptionis nostrae 37 gloriose occubuisse, quinto autem et tricesimo a Pauli conversione quam Tabulae signant Ecclesiasticae secundo evenisse anno a morte Salvatoris. At nota sunt aliorum hic dissidia chronographorum. Taceo Jacobi maioris mortem initio Aprilis

34 incusor: sic, scil. incussor

35 rhombum: alia manus scr.

36 concertum: alia manus corr. ex conceptum et r interscr.

37 dedicerunt: sic, scil. didicerunt

in Vigilia Paschae; excessumque fratris eius Ioannis initio Principatus Traiani anno a Christi Cruciatu 68. Neque commemoro superstitie etiamdum Aelio Seiano, passum Dominum et quidem ante divisos toto orbe Apostolos anno duodecimo, ante bellum Iudaeorum trigesimo quinto; denique ante deletam³⁸ a Tito Hierosolymam quadragesimo. Hi sunt termini quos divina clamant oracula ne transferamus, quia posuerunt illos Patres nostri, qui ex Apostolorum defluerunt schola. Quare ut brevem apertamque animi mei proferam sententiam; caveris R. de Pater, ne hoc illo te arcu tuo retrorsum contorto ipse vulneres. Neque enim ego calculum ullum turbo aut traditionem, quam ab illo Patrum aevo consensus recepit scriptorum. Res enim ita se habet. Is omnem Christi constituit chronologiam, quisquis annum mortis eius et diem probe stabilierit, non declinans neque ad dexteram neque ad sinistram ab hisce quas partim percensui³⁹ partim praetermisi Patrum traditionibus. Nam //

7v Caetera de genere hoc adeo sunt multa, loquacem ut Delassare queant scribentem, et lecturientem (29).

Neque porro illud mihi detrimento esse debet quod in anno Christi Natali a multis discrepo: quando et a multis discrepant mire omnes, et plerique suis se implicantes alis secum ipsi dissident. Mitto quod a paucis cum cura diligentique examine, et historiarum cyclorumque peritia, res haec fuit pertractata. Iudicium vero semper fuit sapientum consequentia non reprehendere, cum prima concesseris: Quia sicut fontes optimi rivos habent quam optimos; sic et Proemia bona Conclusiones bonas. Et sane tot tantisque tamque manifestis venerationis indiciis annum Christi Natalem insignivit is qui benedixit coronae anni benignitatis suae, ut ubertate illa bonorum, et velut aurea argumentorum corona se prodatur, suaeque se luce signet atque omnium bonorum fontem tunc exortum attestetur. Huic proinde liceat anno dicere soli, id quod vera adulatione sed falsa laudatione Stiliconis adhinniens famae literula mutata canebat Vates.

Inque hoc mista fluunt et quae divisa beatos Efficiunt, collecta tenet (30).

Ista tanta tamque multa, et bonorum argumenta et argumentorum bona, quia paucis lineis sunt a me in Thesis perstricta (31), taedet iterare saepius. Id mihi studio habebam ac laudi putabo, si quae in meis vel infirma vel falsa inesse putantur, veris firmisque rationibus convellantur. Quod si Sosigenes ipse quo neminem habuit Aegyptus istarum

³⁸ deletam: *alia manus corr. ex del[?]am et e interscr.*

³⁹ percensui: *alia manus corr. ex praecessui et er ac n interscr.*

artium magis Principem trinis commentationibus semetipse
correxit; nec mihi certe quidem nefas esse duco a suscepta
semel persuasione discedere

Sed facilis ne sit rigidi censura cachinni
Admoneo (32).

Quoniam ut olim Augustino immurmurabat Hieronymus.

Si ille qui te primum gladio petiit stylo repulsus
est, humanitatis esse debet atque iustitiae
accusantem reprehendere non respondentem (33).

Equidem scire cupio aut scire me, aut nescire quod scire
gestio: ne si quid male didici peius doceam. //

8r

CAPUT VII. IN QUO NOVA ET PERSPICUA APODIXI QUO NATI
SINT ANNO CHRISTUS ET IOANNES BAPTISTA DECLARATUR.

Vanum item Iosephi Scaligeri exploditur commentum quo
Christi Natale Mense Septembri; Incarnatione⁴⁰ Verbi in fine
Ianuarii; Conceptionem Ioannis Baptistae exeunte Iulio et
eiusdem ortum ad calcem vult evenisse Aprilis (34). Postremo
vetustissima Ecclesiae Traditio de natis atque conceptis
Domino nostro eiusdemque Praecursore, in utroque solstitio et
equinoctio comprobatur verificari Annis dumtaxat quadragesimo
et quadragesimo primo Iuliano.

Ille veritatis splendor est maximus ut veris, subito
vera congruam omnia, mutuasque sibi ultro tradant operas: cum
e contrario, cito in naturam suam recidunt quibus veritas non
superest. Pellucet enim omnis falsitatis scena, et verum est
illud, vulgo quod dici solet, Citius deprehenditur Mendax
quam Claudus. Falsitati etenim semper est comes contradictio.
Quod cum universe sit verissimum, tum vero verius in
Chronographia; ubi dilabuntur omnia si unum aliquid
effugerit. Quapropter cum post scriptas Rae Vae literas in
miscellanea quaedam mea fortuito incidissem in quibus ex
bonis Auctoribus notaveram; Romanum sub Tito Militem nona die
Ab potitum Templo Hierosolimorum, ac postera id luce
incedisse⁴¹ eadem qua olim sub Nabuchodonosore fuerat flamma
deflagratum; quodque omnem vincit admirabilitatem, eadem
itidem Ephemeria Ioiarib liturgiam utroque in tempore

⁴⁰ Incarnatione: *sic, scil.* Incarnationem

⁴¹ incedisse: *sic, scil.* incendisse

finiente, Cantoribusque eundem, quem sub Nabuchodonosore versum succinentibus.

Et reddet illis iniquitatem ipsorum et in malitia eorum, disperdet eos, disperderet illos Dominus Deus noster (35).

8v Haec inquam, quae vis nulla potuit nisi divina praestare intento cum legerem animo, ex illis me posse de facili verum exculpere⁴² existimavi. Nam sic ipse ratiocinabar mecum: Ista tam mira si vera sunt (uti esse monstrabo verissima) confestim coalescent veris, // neque ullam in nostris Tabulis vel Christi Hodaeporico compagem annorum, Mensium Hebdomadarum, vel etiam dierum, aut feriarum divellent, quin potius totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam arctius constringent, solidabuntque. Si vero vel minusculo digito edificium omne funditus disiciant:

Solventur risu Tabulae, Tu missus abibis (36).

Ea vero Iosepho, qui haec spectavit tam Cyclus Solis, et lunae, quam epactae, et literae tum Martyrologii tum dominicales patrocinantur; Anno illo CXV. Iuliano, LXX autem Dionisyano, quo deletum est templum in XIV diem Aprilis Pascha incidisse Iudaeorum; atque adeo nonam Ab in quartum Augusti quo Iaiorib finiebat Ephemeriam 37). A quo die⁴³ si per omnes retro Orbes Hieradicos⁴⁴ regrediare, via in via, sed infallibili calculo comperies, nunquam Ephemeriam Abiae neque anno quadragesimo primo Iuliano, neque 42. 43. 44. vel 45. incidisse in mensem septembrem, nedum in 24. diem, quo Evangelismus est factus Nativitatis S. Ioannis Baptistae ex quo Coronidis infertur loco Nativitatem Christi neque 42. neque 43. 44. 45 vel 46. posse veraciter Anno Iuliano adnotari. Cum nullo si quidem illorum concordat, quod partim Evangelica pandit Maiestas, partim veneranda Patrum tradit auctoritas, annunciatum Zachariae ortum Ioannis vice Abia, quae octava erat, et die quinquagesimo orbis Hieratici inibat Ephemeriam Sacris operante die, XXIV. septembris in die expiationis, et Ieiunio septimi mensis. Sed enim anno quod id evenisse nostrae notant Tabulae, quadragesimo Iuliano ita utrumque quadrat, ut ne amplius quidem possit. Sed ne velox ad longinqua transitus spectantia lumina fallat, saltuatim hoc longissime dissitas Ephemerias certissimo colligabis nodo. Si quidem a quarto die Augusti inclusive Anni quadragesimi Iuliani ad quartum usque Augusti inclusive anni CXV. Iuliani LXXV. solidi excurrere anni in quibus ob edictum Augusti decies sexies tantum fuit intercalatum. Quapropter id

⁴² exculpere: *sic, scil.* exsculpere; *alia manus corr.* ex exculpere et e interscr.

⁴³ post A quo die: a quo die *del.*

⁴⁴ Hieradicos: *sic, scil.* Hieraticos

9r omne temporis diebus 27391. continetur. Atqui orbis hieraticus centies sexagies ter explebatur 27384. diebus. Liqueat proinde Ephemeriam Ioiarib⁴⁵ (38) quae quarto Augusti anni quadragesimi Iuliani incipere debuit, si Abia Sacris operante XXIV. // Septembris annuntiata en Ioannis Nativitas, liturgiam pariter conclusisse quarto die Augusti Anni CXV Iuliani. Id adeo argumenti tanti facio ut si vel solum esset unum esse posset pro omnibus; nam omnes altercationum nebulas Sol iste depellit. Quare quod mihi occurrit postremum aliis iure merito videbitur primum. Nam ut isthaec effinxisse credamus Iudaeos aut temere scriptores, tam Catholicos quam haereticos pro vero credidisse fingamus ecquis tanta rei huius caecus est ignorantia, sibi hoc nedum aliis ut persuadeat?

Hoc hostis velit et magno mercetur Haebreis
firma valent per se nullumque Machaona quaerunt (39).

At At⁴⁶ magnum hoc signum est probam esse equabiliterque fusam nostram Chronologiam atque extra noxam fluere calculum. Nam scite dictum a Tullio. Nihil esse posse equabile quod non a recta ratione proficiscatur (40). Ut vel hinc videas non sine certi causa mysterii Moysaico olim cautum praecepto, ut praetentum Sanctis Sanctorum velum per homines reduceretur Iudaeos, sicque arcana, quae oblitescerent enudarentur. Haecque ipsa est causa cur rerum omnium ordinator Deus, talia ista, merissime, per Iudaeos ac Seder Olam Compilatores in nostram voluerit venire notitiam, atque non in rituali tantum inscribi Synagogae, verum, et quotannis lugubri carmine memoriam huius rei apud posteros renovari Threni etenim illorum annuo Templi excidii die nona inquam Ab cani soliti en hi sunt.

Die nona mensis hora vespertini temporis
Cum essem in vigilia mea Vigilia Ioiarib⁴⁷
Introiit hostis; et sacrificia sua obtulit
Ingressus est Sanctuarium iniussu Domini (41)

Introivisse ea die hostem canunt non incendisse. Nam Iosephus, in cuius oculis haec gesta sunt deflagrasse templum scribit postridie hoc est decima die quinti Mensis, qui Hebraeis est Ab, Macedonibus Loos (quomodo et appellatur a Iosepho) Latinis Augustus. Quo die decimo eiusdem quinti Mensis incensum pariter fuerat olim Templum a Chaldaeis. Et mihi quidem stat sententia in hoc quoque nobis Iosephum (42) decussisse velum Sanctuarii; quod scribit adeo tenaces fuisse Iudaeos huiusce semel a Davide praescripti ordinis

45 Ioiarib: sic, scil. Iaioarib

46 At At: sic

47 Ioiarib: sic, scil. Iaioarib

9v Ephemeriarum, ut potius quam hebdomadarum confunderent seriem // solemnia sacra interrumperent. Nam cum XVII die quarti mensis, qui Hebraeis est Tamuz, Macedonibus Panemos, Latinis Iunius, penuria virorum, quos belli flamma extinxerat, iuge Sacrificium seu Endelechismus defecisset, intermittere Iudaeis⁴⁸ sacra potius voluerunt, quam ut vel ordinem suum una hebdomade Ephemeria aliqua praeverteret, aut deficientis familiae vicem, altera familia suppleret. Adi Iosephum libro 7 de bello c. 4. nam ille legatione tunc fungens Titi Caesaris, frustra Iudaeos per Coeli numen est obtestatus, ne intercidi sacrificia paterentur quae vel ipse Titus instaurari rogabat. Hoc porro quotidianum sacrificium Templique ministerium, a tempore Machabaeorum nunquam usque ad Titi obsidium fuerat intermissus. Nam et quando capta per Pompeium Ierosolyma irrumpens hostis, obvios quoque iugulabat, Sacerdotes nihilominus sacris operabantur, suum potius fundentes, et cum victimis miscentes sanguinem, quam ut altaria, et sacrificia desererent. Auctor Iosephus lib. 14 antiq. c. 8. et lib. 1: de bello c. 5. Idemque evenisse, quando duce Sosio, Herodes Ierosolyma, et templum occupavit narrat lib. 14 antiq. c. 28. Quin et Antiocho Sedete circumsedente Urbem ne ad momentum interpolata fuisse sacra, testatur idem lib. 13. c. 28. Adeo haec illis prima insedit cura, ne vel endelechismus deficeret, vel Ephemeriarum ordo turbaretur. Defecisse vero Endelechismum die illo ante dicto, praeter Iosephum, Calendarium quoque testatur Iudaeorum in quo ad diem XVII. Tamuz haec inest superscriptio. Franguntur Tabulae legis; cessat Endelechismus; Urbs fissa. Eodem recurrente die bis captam Hierosolymam a Pompeio, et Herode, Auctor est superius Iosephus; natumque illo die Ioannem Baptistam, testimonio sunt Crysostomus, et alii. Liquet ex his perperam Iosephum Scaligerum, ex vera illa traditione Iudaeorum de profanato templo Ioiarib⁴⁹ terminante liturgiam connixum convellere verissimas traditiones Christianorum; praepostereque Natale Christi in fine Septembris Conceptionem in fine Ianuarii consignasse, Evangelismum item, et conceptionem Ioannis in fine Iulii, et ortum eius in fine Aprilis. Haecque ipsa quam distorta, et inaudita hactenus in Ecclesia, tam esse contendit certa, et indubitata. In hoc inquit nullae sunt coniecturae, sed merae demonstrationes ex ratione temporum, quibus contra dici⁵⁰ non potest. Pervenire de facili ad verum poterat, si inconcusse fixam retinere collibitum illi fuisset Apostolicam doctrinam, Ecclesiasticamque // traditionem, qua natum XXV. Decembris Mediatorem credimus, Praecursorem XXIV. Iunii, illius conceptionem ab Angelo denunciatam Deiparae XXV. Martii, et quidem in die Caenae purae aestimamus, huius vero XXIV.

48 Iudaeis: sic, scil. Iudaei

49 Ioiarib: sic, scil. Iaiorib

50 contra dici: sic

Septembris, in die Expiationis, qui deinde conceptus est in festo Scenopegiae XXIX Septembris in Sabbato. Invenisset enim manifeste nihil horum praeterquam in sententia nostra posse subsistere, qua Natum asserimus Dominum 41 Anno Iuliano, cum iam anno praecedenti, vice Abia ministrante Natalis Ioannis fuisset praenunciatus Zachariae. Si quidem Zacharias, de vice Abiae eo anno Ephemeriam adiit die XXII Septembr. in Sabbato XXIV. dein vidit Angelum in die Ieiunii, et proximo tandem Sabbato Ioannem in Scenopegiam concepit. Literas autem Iulianas hic confudit Scaliger cum erroneis, et Christum dum in Septembri natum, et in fine Ianuarii facit conceptum, Octonis tantum mensibus, virgineis vult fuisse claustris circumclusum, Ad haec quinque dumtaxat mensibus ortum Christi in Septembri postverit Natali Ioannis quod XXV Aprilis resignat. Nec videt quanto haec in errore versentur, quam dissentanea vel sibi, vel Evangelio; sibi quidem quia pro Septembri Octobrem dicere debuit, quo illum trahunt ephemeriae: si tamen (ut facit) anno illo 43. Iuliano, Christi figit Natale (43). Porro evangelium semestre spacium inter Christi et Ioannis primordia Sap. 7. v. 2. interponit (44). Et vero de se ipso alicubi loquitur Salvator. In ventre Matris figuratus sum caro decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine (45). Quod deductis in compotum⁵¹ extremis Catholici verum esse ostendunt, Scaliger falsum esse adnuet, ut hypothesin suam astruat veram. Ex quo palam elucet, non posse eos scopum tenere veritatis, qui a tradita semel Ecclesiae deflectunt doctrina. Quamobrem, ut claudam, duae hae traditiones de Evangelismo Ioannis XXIV. Septembris in die Ieiunii Abiae ephemeria Sacris operante, et de prophanato templo nona die Ab quarto Augusti Ioiarib⁵² finiente liturgiam, ita belle iunctura ad iuncturam coalescente sibi mutuo assident; ut Christi Domini nostri hodaepericon faciant velut adamantinam catenam, vestemque inconsutilem desuper contextam per totum. Nec enim rite semel et intra suos orbiculos constitutis extremis potest in mediis vitium intervenire ullum. Ea propter, cum in anno quadragesimo primo Iuliano tanta insit convenientia rerum, stabilitas, et constantia, propior sim existimanti, eo ipso natum Mundo Mundi Redemptorem XXV Decembris Sacrorum tum // 10v fungente ministerio Ephemeria Ioiarib⁵³, feria quarta, qua et olim sol iste alter magnus Mundi oculus illuxerat Orbi, Pace in universo mundo composita Jano III ab Augusto cluso⁵⁴, Saturnino censum agente in Iudaea et Christum in Romanorum Tabulas compaginante, secundo vertente anno ante obitum Herodis eiusdemque infanticidium: quod Ioanne biennium agente

51 compotum: *sic, scil. computum*

52 Ioiarib: *sic, scil. Iaiorib*

53 Ioiarib: *sic, scil. Iaiorib*

54 cluso: *sic, scil. clauso*

vitae, atque in solitudinem deportato evenit. Quae omnia, et huiusmodi alia, nisi vis veri, nostrae inesset Tabulae, vel illam mergerent, vel extinguerent, et ne ipse putari possem istaec⁵⁵ peperisse, ad ea fastos alibi omnes, et veteres advocavi memorias: ut si fortasse, non illis lenocinetur novitas, patrocinetur Antiquitas. Hoc enim est depositum Reverende Pater quod custodire iubemur, quod nobis creditum est, non quod a nobis inventum; quod accepimus non quod excogitavimus. Rem non ingenii, sed doctrinae; non usurpationis privatae, sed publicae traditionis: in qua non auctores esse debemus, sed Custodes; non institutores, sed sectatores: ut per nos posteritas intellectum gratuletur, quod ante Vetustas, non intellectum venerabatur.

CAPUT VIII. IN QUO APERITUR CAUSSA QUAMOBREM IN ANNO MENSE AC DIE DOMINICAE PASSIONIS A VERO DEFLEXERINT MATHEMATICI.

Qui in hoc circo pari ardore cucurrere ad palmam atque in eo plus plus ceteris desudarunt Ioannes Lucidus, et Petrus Pitatus, alique istorum vestigiis insistentes, peritia⁵⁶ historica atque fastorum leniter tincti Annum Vitae et imperii superfluum adiecere Augusto. Mortem quippe eius in LX. Annum Iulianum contulere, et XV. Dionysianum. Exinde primum annum Principatus Tiberii, cum tertio pariarunt Anno 198. Olympiadis. Quos tamen inter annos splendidus est Sole implacabile intercedere divortium, neque aliqua posse unquam parte sui coalescere. Et in hoc pene omnis eorum haesit culpa sola. Sed vero quia morbus hic erat capitalis, qui paulatim serpens in artus omnes defluit, et universum Syntagma dissolvit, magni illis initium hic error fuit labyrinthi. Hinc siquidem Mediatoris nostri Mortem XVIII. deputarunt anno Tiberiano LXXVIII. Iuliano 4.202. Olympiad. et Urbis 785. Vulgaris Aere Christi XXXIII. tertio die Aprilis. Quod ecquid (amabo) est aliud quam pugnantia secum frontibus adversus componere? //

11r Neque enim 78. Annum Iulianum seu XXXIII Dionysiacum vis ulla coniugio iunget stabili cum XVIII. anno Tiberiano: ut qui nulla sua portione invicem attingat⁵⁷. Mitto caetera, quae sunt multa, in quibus scriptores illi caetera diligentes *αἰσιοπία*⁵⁸ sunt hariolati: satis hic est ad fontem digitum

55 istaec: sic, scil. isthaec

56 peritia: alia manus corr. ex perita et i interscr.

57 attingat: alia manus corr. ex contingat et interscr.

58 *αἰσιοπία*: sic

intendisse. Ex quo cum plerosque ex Societatis quoque nostrae scriptoribus cernerem hausisse errorem, idemque in peculiari illo suo ad me scripto animadverterem sentire R.dum P. Clavium (46), errati illum sui per epistolam ut commonerem ex usu putavi esse publico. Quocirca multis tunc in medio prolatis argumentis probavi 78. Annum Iulianum itidemque 33. Dionysianum cum 19. et 20 anno Tiberii competere, nec quantalibetcumque vi in eadem posse orbita cum anno ut ille volebat 18. Tiberiano religari. Quae ista ac talia a quibus fere Mathematicorum, et Theologorum abstraunt⁵⁹ Exedra, cum illi perscripsissem usque eo amicissima commonitione non est offensus, ut ingenuo germanoque usus candore mihi post in epistola sit fassus, extra suam esse sphaeram Chronographiam. Quod a sapiente dictum, intelligenti sat fuit.

Alterius erroris procella ac veluti reflante vento a portu itidem reiectus est Alexander Scultetus, qui cum ad perpendicularum literas omnes et erroneas et Iulianas adaptasset annis Iulianis in ipso tamen portu fecit naufragium. Nam primum annum Iulianum cum III. Caesaris Consulatu colligavit, qui annus fuit confusionis. Ex hinc mortem Augusti in 60 annum Iulianum et 15. Dionysianum cum Lucido, Pitato, et Clavio coniecit (47). Qui error ex nostra Tabula itidemque ex illa Scriptoris Annalium, ubi accurata recensio Consulatum, eorundemque cum annis Iulianis coniugatio clarissime deprehendi et corrigi potest. Largius porro deerravit Paulus Forosimpron. qui Augusti excessum in Annum Christi VII. vulgaris aerae contulit (48); qui cum 3. et 4. componitur anno Tiberiano. Quo mirum sane est adeo patentem scrobem non persensisse, aut vitasse oculatissimum caeteroqui scriptorem Rev.dum P. Nostrum Salmeronem (49).

Illam quoque decenter causam adscribo ut infigo errati: Quod de anno illo XXXI. Dionysiaco, quo ut olim in aequinoctio verno conceptum, ita post, et passum Christum aetas grandaeva vulgavit, prorsus vel desperantibus vel nihil deliberantibus Mathematicis, inanis illis cura, et disquisitio de caeteris remanserit. Unde tale nullum sibi pro illo negotium sumpsere, neque id satagere, ut characteres
11v anni Dominicae Crucifixionis, itemque aerae, et // Tesserae, quas, Apostolorum illud, et Patrum aevum habuerat usitatissimas vera illi possent aliqua intelligentia adaptari. Hoc enim transceso amfractu ambire ex templo possent veritatem Quae velut⁶⁰ Phidiae signum simul ac aspecta ipsis pariter fuisset probata.

59 abstraunt: *sic*

60 velut: *alia manus corr. ex vult et e ac u interscr.*

CAPUT IX. IN QUO OSTENDITUR, PRIMO ANNO IULIANO SOLUM
LITTERAM B AFFIGI OPORTERE; ATQUE SUPERVACANEAM ESSE C
ILLI COLLATERALEM.

Ne quid ultra res haec facessat molestiae, strictim nunc mihi tangenda est. Primum itaque stat a me non Ioannis tantum Lucidi et Petri Pitati, Alexandri Sculteti compluriumque Mathematicorum auctoritas; sed historiae item fides, ac ratio testesque fidi, probeque testati Censorinus, Macrobius, Solinus, Dio, quam locis tam verbis ante indicatis. Aiunt ecce primum annum Iulianum, qui proxime consecutus est annum confusionis trecentos, et sexagenos quinos habuisse dies, et quadrantem. Quare communis fuit, non bissextilis; adeoque nec duplici litera a Scaligero, et Clavio insigniri debuit.

Nec via patet effugio, si diem illum intercalarem anno transcribas Confusionis, velisque post Terminalia primi anni Iuliani fuisse interiunctum. Id enim effictum est ab ingenio et sine idoneo ullo teste pro arbitrato commentum.

Accedit quod annus sic confusionis dies habuisset 456. Nam post terminalia anni confusionis Caesar ante omnia dies 23. intercalavit rursusque Novembrem inter et Decembrem dies 67 interposuit. Qui anno adiecti lunari, quem 355. dierum ante habebant Romani, omnino omnes conficiunt dies 455. Quot in numerato habet Censorinus Dioni concordans. Igitur si alterum his superaddamus diem in terminalibus anni primi Iuliani, dies erunt 456. quod historia abnuit.

Tertio. Si primum annum Iulianum efficimus bissextum, falsum sic erit, quod praefati produnt scriptores, spacio 36. annorum duodecies fuisse intercalatum, cum novies tantum oporteret. Enimvero decies hoc pacto oportuisset intercalare, perque errorem decies ter fuisset intercalatum. Siquidem intercalatio haec prima anni Iuliani extra numerum est superiorum. Ad nostram vel Clavii Tabulam.

12r Quarto. Sententia est Mathematicorum, quam Petrus Pitatus, Ioannes Lucidus, // caeteri late demonstrant Iulium Caesarem primum incepisse annum Iulianum a septima feria, quae est sabbatum. Qua propter littera illius anni fuerit B. solitaria. Alioqui si fuisset CB. Kalendae in sextam incurrissent feriam. Consulatur Lucidus Cap. 6 de die Passionis, ubi et ad Tabulas provocat Alfonsinas, itidemque et ad observationes Ptolemaei (50). Quibus et Alexandrum adiungo Scultetum, et Copernicum; denique et Gerardum Mercatorem. Nam et si Mercatori fraudi fuit, quod annum confusionis cum IV. Caesaris pariaverit Consulatu, quo constat primum numerari caeptum annum Iulianum, tamen litteram A. solitariam primo adscribit anno Iuliano, quem et facit communem. Quapropter si primum annum Iulianum cum IV. Caesaris coniugasset consulatu (quemadmodum et Censorinus, et Auctor Annalium et nos facimus) litteram illi B indubie affixisset, ut adeo mirandum non sit si in tota pene annorum ac Bissextorum colligatione a veri procul regione Mercator exerret. In quo se illi comitem facit duces Paulus Forosimpron. qui et si simplicem adscribat litteram primo

anno Iuliano, hoc tamen fallitur, quod C. illam faciat. Sed catenati sunt errores, uti et virtutes, et vitia, nec ruere principia possunt, ut non eodem mox labefactata motu corollaria concidant. Promissae brevitatis me admonet fides ut claudam.

Habes de his Rev.de Pater sententiam meam: in qua cuique de integro est potestas liberumque lectori iudicium; quo vel approbet quod placuerit, vel improbet quod offenderit. Absit autem ut non cum gratiarum actione lucris meis deputem, si fuero aliquo docente instructus, aut emendante correctus. Vale Graecio 14 Maii in die Pentecostes 1606.

R. V. Servus in Christo

Ioannes Decherius⁶¹

261

Simon Kaczoronski (1) a Christoph Clavius in Roma
Kalisz 27 agosto 1606
APUG 529 cc. 124r-124v
Autografa

124r

†
IHS

Admodum R.do in Christo P. Christoforo Clavio S. P.

Non mediocriter admiratus sum, ubi tot dona (2) mihi a R. V. transmissa intellexi, unde mihi tantum commendationis, et laudis: sed nescio an magis (nam longo post intervallo accepi literas) cum plenissimam illam amoris, et efficacem gratulationem in literis Procopii (3) nostri legi adscriptam. Maximas ago R. V. gratias, quod me, ignotum in patria mea, in alio prope terrarum orbe nosse dignetur, et reipsa

⁶¹ Decherius: *sic, scil.* Deckerius

profiteatur. et polliceor non vanam cohortat<ion>em futuram ad Mathematicam⁶². Desiderium illius tantum me habet, quantum concepit me habere V. R. ut nunquam illius studii, nec taedium, nec satietas mihi veniat. Et vero etiamsi nullum habuissem, ad tanti viri cohortationem maximum haberem, et inardescerem. Calcar ergo currenti. Fructum quantum fecerim, non meum est iudicare: nec magnum credo, quippe qui uno tantum anno, idque simul aliis distractus studiis suas illi horas tribuerim, tum ob meam in eam propensionem, tum quod in aliis fatigatus eius laboribus recrearer. Audivi sex Euclidis libros primos, de circulis caelestibus Sacrobosci, Aritmeticam, de omni genere horologiorum, aliquid de quadrante, omnia ex libris vestrae R. petita (4): et haec communiter cum aliis; alia privatim (ut et in superioribus non pauca) de sinibus, Teoriis planetarum, construendo astrolabio uti, ac particulari, et aliis quibusdam. Ut in his non studium, nec discendi voluntas, sed tempus mihi defuerit. Utinam duplicarentur mihi dies, et horae singulae, ut possem de meis occupationibus aliquid subtrahere, et dare Mathematicae. nunc tanti non sum. Anno Superiore in schola Poëseos, nunc Retorices docere iussus sum: novus in his rebus, et rudis plane, quantum hic laborandum igitur? Sed tamen ita haec e manibus Mathematicam mihi excussere, ut non etiam e pectore studium eius exterminarint, quin potius auxerint. At quoniam audere me facit R. V. (si tamen dignam proponere videbor quaestionem) doceat me obsecro, an possit, et quomodo, horologium Romanum v. g. describi Calissii (5): ex Gnomonice (6) V. R. meridianum tantum invenire possum, non vero alias horas. Fateor quidem datam mihi ea de re a Praeceptore meo doctrinam, sed quia non satis mihi fieri visum est, appello tanquam ad arbitrum, omni exceptione maiorem. Quid etiam placet R. V. illud instrumentum Io. Bapt.⁶³ Benedicti Veneti ad describendos tropicos in horologiis? (7) notavi enim hoc in illo, dum vidissem aliquoties, non habemus tamen in Collegio similiter de illo ad Ellipses describendas, cuius meminit in Gnomonice sua, et eius loco circinum praeparavit. ego nunquam vidi, nec structuram scio. In his autem Procopius noster (tanti enim V. R. facit, et me amat), amanuensis R. V. erit, sin illi incommodum fuerit, nolo molestiam ullam facessat sibi propter me. Verumtamen ubi haec, vel quid melius a R. V. didicere, gloriabor sane fidenter ne eius viri discipulum, quem sacrosancta Ecclesia principem Mathematicorum sui seculi reapse testata est, et cuius reprehensiones nonnullus pluris aestimare, quam laudes aliorum profitetur (8). Mitto V. R. quadrantem meum, horis furtivis factum ex Astrolabio V. R. ut si quid addi possit, aut melius fieri, discere cupientem

⁶² *sic* Mathematica, Teoria, Retorices, Aritmetica, Mathematici, Tomas:

⁶³ *post* Bapt.: *del.* Mauroi

doceat. In partitione horizontis erravi. et stellas in parallelis ipsarum tantum, non in suis locis secundum longitudinem posui, sed haec iam scio. Tanti porro apud me haec est disciplina, ut admirer vehementer, tam paucos eius studiosos reperiri: et inter erudit<ione>m hanc maximam opto civibus meis, et utilissimam, ac iucundissimam arbitror, quibus multum otii, parum iucundarum occupationum est. P. Tomas Massucius, et P. Valentinus Reimanus (9), praeceptores mei, hic in Matematica, ille in Filosofia⁶⁴, salutant vestram R. apprime. Rogamus R. V. sfaeram⁶⁵ ultimo a R. V. editam (10) nedum enim pervenit ad nos, tam sero omnia accipimus: praeterea maximam penuriam librorum Mathematicorum patimur: unde non miretur V. R. si non ingenio nostro, ut volumus, satisfacimus. Interim me plurimum V. R. sacros. sacrificiis et orationibus commendo. Calissio, ex Collegio Soc<ieta>tis Iesu 27 Aug. Anno 1606. Procopium et Nicolaum (11) saluto amantissime.

R. V. servus indignus.

Simon Kaczoronski Soc. Iesu

R. de Pater in Christo.

Gia che non ho mai scritto da che sto in polonia alla R. V. come molte volte ho voluto fare, non lascerò per hora si bona occasione di farlo almeno con queste quattro righe. Io per la Divina gratia sto bene come havrà inteso per il passato, et hora potra intendere dal nostro P. procuratore Rettore di questo Collegio (12) di dove mi parto dimatina per andar a posnania, si che scrivendo questo doppo l'esame minore (13) ero per andar a dormire e restandomi ancora di scrivere altre lettere non potro come vorrei piu a lungo ragionare con la R. V. la quale so non si scordera per sua charita tenermi raccomandare a Dio nelle sue orationi et SS. Sacrifitii.

Di V. R. Servo in Christo

Thomaso Massucci⁶⁶

⁶⁴ Filosofia: *sic*

⁶⁵ Sfaeram: *sic*

⁶⁶ R. de Pater in Christo ... Thomaso Massucci: *scr. Masucci*

124v

†

IHS

Admodum Revdo in Christo
Christoforo Clavio
Soc. Iesu
Romae
in Collegio Romano Soc. Iesu.

Simon Kaczoronsky⁶⁷

262

Johann Reinhard Ziegler a Christoph Clavius in Roma
Mainz 13 settembre 1606
APUG 530 cc. 246r-246v
Autografa

246r Admodum R.de in Christo Pater

Pax Christi

Scripsi superioribus mensibus ad R.am V.ram aliquoties, sed quid literis meis acciderit ignoro, nec enim aliquid responsi videre licuit (1). Avide expectabam Arithmetiam R.ae V.ae, quam nisi iam per proximam occasionem acceperimus, coetur typographus ex exemplari antiquo admodum corrupto exprimere, desunt enim exemplaria (2). Geometria practica R.ae V.ae hic est recusa (3). Ego, postquam corrector officium suum fecit, denuo singula folia antequam imprimerentur revidi, spero factum esse quod in re tam lubrica fieri potuit. Si R.dus P. Rector, qui Procuratoris officia fungitur pro nostra Provincia (4), paucis diebus iter suum ad vos distulisset potuisset secum ferre exemplar;

⁶⁷

SimonKaczoronsky: *alia manus scr.*

mittam tamen alia occasione. Caesaris Mathematicus Ioannes Keplerus, vir humanus, et a regno Dei non longe remotus valde optaret R. ae V. iudicium de consignationibus Eclipsium totalium a R. a V. a in sphaera factis. dubitare videtur utrum aliquid erroris in eas irrepserit. Mitto R. ae V. ae epistolam eius ad Astronomos, ut eius desiderium melius R. a V. ra perspiciat (5). Rem fecerit R. a V. ra se dignam, si vel mihi aliquid hac de re significaverit, quod ipsi deinde communicem, vel ad ipsum immediate perscripserit; quae R. V. ae humanitas nobis in his partibus non est futura inutilis (6). Francofurti agit D. Ioannes Zuckmesser R. V. ae olim notus, totus in Geometricis, Arithmetis, Opticis, Mechanicis, utinam illum non agat transversum Chimiae, quo tenetur, amor (7); is R. am V. am et R. dm P. Christophorum Grünberg⁶⁸ (8) amice salutat. R. V. valeat in Domino, mei in sanctissimis suis sacrificijs memor Salutet ex me R. dum P. Christophorum Grunnberg⁶⁹ et R. P. Odonem. Moguntiae 13 Septembris Anno 1606.

R. ae V. rae Servus in Christo

Ioannes Reinhardus Ziglerus

246v Reverendo in Christo Patri,
P. Christophoro Clavio
Societatis IESU Sacerdoti.
Romam.

⁶⁸ Grünberg: *sic*

⁶⁹ Grunnberg: *sic*

Giuseppe Biancani a Christoph Clavius in Roma
 Parma 6 ottobre 1606
 APUG 530 cc. 168r-168v
 Autografa

168r Molto Rev. in Christo Padre,
 Pax Christi etc.

Mando alla R. V. per mezo del P. Pietro Rossileo (1), li miei comm^{<entari>}ii o per dir meglio Annot^{<ation>}i sopra Apoll^{<oni>}o (2) nelli quali l'intento mio è stato di dichiarare, et supplire ad alcuni luoghi difficili, o manchevoli che vi trovai q^{<ua>}n^{<do>} scorsi detta opera col Marchese Malaspina (3); et perciò sono indirizzati à lui et esso gli hà⁷⁰ tenuti appresso di se molto tempo, et letti con estrema sua sodisfatt^{<ion>}e; ne io glieli indirizzai perche avesse animo di stamparli, ma per gratificare lui così in iscritto (4). hora vengono⁷¹ al vero⁷² tribunale della Matem^{<atic>}a vengono come i metalli ad lidium lapidem: però la prego ad havere un'occhio critico, et l'altro paterno. troverà nel principio molte cose che forse le parrano haver troppo del pratico, et popolare, ma sperò che se li leggerà tutti, come la prego, che vi troverà qualche utile fatica per chi vole intender tutta quell'opra insieme co' i lemmi di Pappo⁷³ et comm^{<entari>}ii di Eutocio, et del Command^{<in>}o. Hò finito adesso di abocciare una simil fatica⁷⁴ sopra Archimede de Sphaera et Cyl^{<indr>}o, dove più che altro mi hà aiutato quel poco di Greco, che da me stesso hò imparato, senza il quale non haverei potuto andar inanzi; poiche in molti luoghi era la tradutt^{<ion>}e così manchevole che mi mancavano alle volte, 4, et 6, righe intiere: alle volte così depravata che poneva il bianco per il negro, et simili (5). se le saranno grati i comme^{<entari>}ii sopra Apoll^{<oni>}o prenderò animo, di appresentarle un giorno, q^{<uest>}e altre annot^{<ation>}e sopra Archimede. Iddio bened^{<ett>}o la conservi lungam^{<ent>}e et mi

70 hà: interscr.

71 vengono: corr. ex vengo et no interscr.

72 vero: interscr.

73 di Pappo: interscr.

74 fatica: corr. ex faticha

racc<omand>o alle sue S.te Messe et or<atio>ni. di Parma.
alli 6 de Ott<obre> 1606.

Di V. Rev.a Servo in Christo

Gioseffo biancano

168v Al m.to Rev in Christo Padre
il Padre Christoforo Clavio
della Compagnia di Giesù.
Roma. al Coll.o.

264

Giuseppe Biancani a Christoph Clavius in Roma
Parma 11 novembre [1606] (1)
APUG 530 cc. 165r-165v
Autografa

165r Molto Rev. in Christo Padre.
Pax Christi etc.

Leggendo l'altro giorno in Proclo (2), trovai che anticam<ent>e si⁷⁵ dimostrava che tirando tre linee dalli angoli del triangolo perpendicolari, a'i lati loro opposti, elle concorrono tutte tre in un med<esim>o punto. la qual dem<onstration>e parendomi bella, cominciai à pensare se fosse restata sino à nostri tempi, et non la trovando io appresso veruno autore, mi posi à specolarvi sopra per veder se io potessi restaurarla, et trovai la Dem<onstration>e che mando inclusa nella presente alla R. V. (3) accio che ella veda, num lateat paralogismus in herba, la scrivo à lei molto compendiosa senza provare certe cose facili, ne manco citare molti de p<rim>i 6.i d'Euclide, perche sò con chi parlo, et però pauca sapienti, et massime Mathematicorum Principi P.

⁷⁵ si: corr. ex De[...]

Clavio. se ella sarà buona, sarà anco frutto della R. V. essendo parto d'un suo scolare. saluto poi molto il F. Hippolito Giannotti (4), il quale anco⁷⁶ mi farà gra<zia> di rispondere alla presente in nome di V. Rev., col dirmi anco come gli riescono le Notaz<ion>i in Apoll<oni>o, si come cortesemente hà fatto per lo passato (5). Io poi leggo publicam<ent>e⁷⁷ le opere di lei (6), et credo d'havere più di 40, scolari esterni, de' quali molti attendono con loro gran gusto, et mio, et anco li nostri F<rate>lli mi⁷⁸ danno molta sodisf<ation>e siane lodato N. S. con che mi raco<man>do molto à suoi SS.i Sacrifizii et orat<ion>i. Di Parma. alli .11. di Novembre.

Di V. Rev. Servo in Christo

Gioseffo biancano S. I.

165v Al m.to Rev. in Christo P.
il P. Christoforo Clavio
della Comp.a di Giesù.
Roma
al Collegio.

265

Giovanni Giacomo Staserio a Christoph Clavius in Roma
Napoli 15 dicembre 1606
APUG 529 cc. 188r-189v
Autografa

188r

Molto Rev.do in Christo Padre
Pax Christi etc.

Con questa mando quattro scudi d'oro, che sono in Napoli denari cinque et un tari, et in Roma credo saranno cinque

76 anco: *corr. ex poi et interscr.*

77 publicam<ent>e: *interscr.*

78 mi: *corr. ex si*

scudi d'argento. prego V. R. che tra gli Euclidi che mandarà, me ne segni uno per me, ex dono auctoris, perche quello che mi donò, per non essere stato legato a gusto mio, voglio lasciarlo in Coll<egi>o et cambiarlo con uno di questi che verranno (1) Se havesse ancora almeno un primo foglio delle nove sfere stampate (2), che me lo mandasse similmente col nome mio, ex dono auctoris, mi sarebbe gratissimo. Se nelli danari che mando, mancasse alcuna cosa per la valuta delli cinq. scudi, supplirò appresso, et se avanzasse qualche giulio, vorrei me ne mandasse un'aritmetica (3), quale se potesse essere col nome mio mi sarebbe ancora grata. Tengo per V. R. da. 33. Et li darò al fratello Maestrelli (4) che l'invii a V. R. per mare: mi sono stati donati dal P. Preposito (5), et io li mando intatti a V. R. acciò possa con qualche ristoro caminare inanzi nella sua Algebra (6). Et mi dispiace non poterla agiutare di presenza in altro. Mi piace il disegno di V. R. di seguitare dopo l'Algebra l'incominciata fatiga di Tolomeo (7): quale sarà accettissima almeno per havere il vero modo di investigare⁷⁹ li moti delle stelle. Il P. Eudemonio ha finito già la sua risposta, si copiarà et mandarà in Roma per vedere dove s'havrà da stampare (8). Haverei caro havere una risposta del Cardinale
188v Belarm<in>o non è gran cosa che V. R. // n'habbia qualche una che già l'habbia letta, et non li serva (9).

Il P. Eudemonio saluta V. R. et prega li dia il suo giudizio intorno l'inclusa conclusione, quale l'autore difende come consentanea alla dotrina di V. R. Desidera sapere se può dirsi conforme alla sentenza de gli altri, ò⁸⁰ più tosto contraria alla commune, et alli principii dell'astrologia, et se ha qualche assurdo manifesto n'accenni brevemente come. Io di più desidero che V. R. mi faccia gratia scrivermi dove ha posta V. R. quanto tempo dicono starebbe una pietra a cadere dal cielo stelle⁸¹ sin in terra, et chi lo scrive. Mi pare che V. R. lo dica, et non mi ricordo dove l'ho letto (10). Saluto il P. Griemberger et prego V. R. che mi faccia rispondere a quanto l'ho pregato per una mia intorno allo specchio ustorio (11). Se 'l P. Giovanni (12) non è partito, desidero che a Sua R.a si dia alcuno delli libri sudetti, che V. R. m'havrà da mandare, se non si potrà per questa comodità li mandi per il procaccio et se potessero venire piegati et battuti perche si facesse il fagotto più piccolo credo sarebbe meglio: tanto più che così verrebbero meglio registrati: Ma se questo non si potesse per la brevità del tempo, (perche desidero li mandi per il primo procaccio) li mandi al miglior modo che potrà ben conditionati. et con ciò mi raccomando molto caldamente alli

79 investigare: *corr. ex sapere et interscr.*

80 ò: *corr. ex et*

81 stelle: *stc, scil.. delle stelle*

suoi S.ti Sacrificii et orationi. la prego mi raccomandi al P. Prov<incia>le et P. Perera (13) caramente. da Napoli li 15 di Decembre 1606.

Di V. S. Servo in Christo

Gio. Giac.ò Staserio

188r {P. mio li scudi che doveva mettere dentro questa, non ho potuto farli comprare dal Proc<urato>re a tempo. Vedrò come viene in Roma il Fr<ate>llo Maestrelli, se vorrà farmi carità pigliarsi in Napoli la valuta di cinque scudi di Roma et farmeli pagare costì dal P. Lavia (14), a V. R. et che lui lo scontaria al P. Lavia che cercandoglieli V. R. li paghi. quando ciò non succedesse col procaccio seguente senz'altro invio a V. R. li danari. Se non venendo con questo Hordinario al P. Lavia che paghi V. R. pure mi facesse carità pigliare li libri a credito per 8. giorni, mi sarebbe carissimo perche sono aspettati questi libri un pezzo fa; et V. R. non dubiti del danaro.}

189r La Conclusionè di sopra accennata dice così Caeli non octo, ut Aristoteles; non novem ut Ptolemaeus; nec decem aut undecim, ut recentiores ponunt; sed unum est plurium orbium eccentricorum atque epicyclorum aggregatione constans, scilicet sicut Mathematici unum faciunt, verbi gratia, caelum lunae etiam si plures orbés tum concentricos, tum eccentricos, et epicyclum contineat; eodem modo nos asserimus illud corpus quod superfici et convexam ignis, et concavam Caeli empirei interiacet, unum esse caelum, unam tantum superficiem concavam, unamque convexam mundo concentricam habens; intra quas superficies nonnulli epicycli, multique orbés eccentrici nullus concentricus continetur. Quorum orbium eccentricitates aliae maiores sunt ut syderum elevatione ac depressione conspicuae fiant; aliae minores, ut non facile sensuum ope percipi possint. Qua positione observationibus mathematicis nihil derogari, rationibus vero physicis magis satisfieri credimus (15).

V. R. se puo col giudicio⁸² suo sopra cio, accennare brevemente l'assurdi, et come deroga alle osservazioni math<ematiche> il P. And<re>a (16) l'haverà molto a caro, se non potrà, almeno accenni il giudicio. Mi faccia carita accennare la spesa dell'Algebra se passerà d<ana>ri 200 perche credo di fare, che non volendo pagare il Duca (17) tutta la spesa, trovare io il resto, purchè V. R. non se ne pigli più che cento accio che con la vendita de gli libri si

possono restituire gli danari⁸³, et quel che avanza⁸⁴ poi, potrà servire vendendosi per stampare l'altre sue cose. V. R. ci faccia un poco di riflessione, et m'avvisi come li pare etc. //

189v V. R. si faccia dare cinq. d<ana>ri dal P. Lavia che per il f<rate>llo Maestrelli la sett<iman>a seguente senz'altro li pago.

Al molto Rev.do in Christo Padre
il P. Christoforo Clavio
della Comp.a di Giesù
Roma.

266

Odon van Maelcote a Christopher Clavius in Roma
Bruxelles 1 marzo 1607
APUG 529 cc. 83r-83v
Autografa

83r Rev.de in Christo Pater
Pax eiusdem

In literis scriptis a quodam mathematico ad R. P. N, et ad R. P. Mutium Vitelleschi (I), continentur quaedam speculationes, quas V. R.am legere et intelligere, omnino expedit ad bonum nostrae matheseos. Quare V. R.a efficiat ut dictas literas videat, et punctum difficultatis intelligat, et si opus est R. P. Nostro explicet; imo, si non paralogizat autor, et ita iudicabitur expedire, V. R.a conclusionem ipsius demonstret. Deus V. R.am nostrae mathesi quam diutissime servet incolumem, cuius precibus, licet absens

83 post danari: altri del.

84 avanza⁸⁴: corr. ex restara

corpore, praesens tamen animo multum me commendo. Bruxellis.
1. Martii 1607.

V. R. discipulus et servus in Christo

Odo Malcotius

Literas supradictas ad R. P. Mutium, his adiunctas V. R. ae
commendo, ut eas, ipsaemet ei, vel (in ipsius absentia) R. P.
Secretario (2), tradat in manus; et ab eis speculationem
intelligat, credo enim quod V. R. non displicebit.

83v Al Molto Rev.do in Christo Padre,
il P. Christophoro Clavio,
Della Comp.a di Giesu.
In Roma.

Malcotius⁸⁵

267

John Hay a Christoph Clavius in Roma
Lion 13 marzo 1607
APUG 530 cc. 84r-84v
Autografa

84r

Admodum R. de in Christo Pater.
Pax Christi

D. Ioannes de Gabiano (1) vir Soc<ieta>ti nostrae
addictissimus, curavit excudi Commentaria R. ae V. in Sphaeram
quorum exemplum ad R. V. mittit, suamque operam R. ae V. in
aliis libris excudendis offert (2). Ego hominem multis ab
hinc annis sum amplexus, quem R. ae V. tanquam amicum
commendo. Hodie vidi sphaeram primi mobilis affabre factam,
quae movetur ita ut motus caussa exterius no[n] appareat.

⁸⁵ Malcotius: *alia manus scr.*

Vidi item Astrolabium in quo luna triplici movetur motu, ita ut funes appareant nulli, neque pondera. R. ae V. praecor omnia fausta, Cras adverso Arari hinc habire constitui in Burgundiam, et inde in Lotharingiam. R. ae V. et R. P. Grinbergio (3) fausta praecor omnia meque R. ae V. sanctis sacrificiis et orationibus etiam atque etiam commendo Lugduni die 13. Martii 1607.

R. ae V. In Christo servus et discipulus

Ioannes Hayus.

84v Admodum Rdo in Christo Patri
P. Christophoro Clavio
Societis⁸⁶ IESU.
Romae.

268

Francesco Guerrini (1) a Christoph Clavius in Roma
Pesaro 24 giugno 1607
APUG 529 cc. 112r-113v
Autografa

112r Molto R.do Padre Oss:mo

Dopo la morte dell' Ill:mo S.r Guido dal Monte (2) che sia in gloria alcuni Gentilonimi qui della Città di pes<ar>o mi hanno pregato ch'io voglia mostrar loro la pratica delle Mechaniche del sudetto S:re (3) si come faccio, che di già stà finito il primo libro della libra e perche nel principio vi è stato molto disputa sopra la definizione de⁸⁷ centrum⁸⁸

⁸⁶ Societis: sic, scil. Societatis

⁸⁷ de: corr. ex del

⁸⁸ centrum: sic, scil. centro


gravitatis, sopra queste parole.

Si enim per tale centrum ducatur planum, figuram quomodocumque secans semper in partes aequponderantes ipsam dividet (4).

e veramente chi volesse stare in su la parola quomodocumque secans, pareria che sempre mai le due parte dopo l'haverli fatta la setione che dovessero pessare egualmente ciascuna da per se, ma in effetto si prova tutto al contrario perocche quando⁸⁹ si sega a una fig^{ur}a simile a questa che li mando qui incluso le parte pesano inegualmente e pero la prego a dirmene il giuditio suo che mi sarà di sommo favore e maggiormente confirmaro le mie ragioni sopra la verita, e mi perdoni della licenza che venga a pigliar seco e pregandoli de N. S.re ogni compito desiderio fine li bascio le mani di pes^{ar}o di 24 di Giugno 1607.

D. P. V. M. R^everenda
Aff.mo serv^{ito}re

Franc.o Guer^{ri}ni



113r Sia il corpo solido A. C. B. et sia C. il centro della gravezza per mezzo del quale sia condotto un piano D.E. è come sarà fatto le due parte A.f. g.B. dico che Af. è più grave di g.B. e oltre che l'esperienza lo fa noto al senso si può benissimo provare che gB sia più leggero di A.f. però quando che le fig^{ur}e siano dissimile come q^{uest}e.

⁸⁹ post quando: del. quando

113v Al Molto R.do Padre e Mio Oss:mo
Il Padre Christoforo Clavio Banbargiense⁹⁰
Roma
al Giesù.

269

Basilio Spinola (1) a Christoph Clavius in Roma
Modena 30 giugno 1607
APUG 529 cc. 256r-257v
Autografa

256r Molto R.do Padre mio oss.mo

Il s.r Cardinale mio Padrone (2) desidera molto, aver
informazione da V. P. M. R.da d'un Gregorio da Foligno (3),
huomo di cinquant'anni, che fù costi non ha molto tempo, e
qui si vanta d'aver pubblicamente proposte dispute e disfide
contro qualsivoglia eccellente Astrologo, et in particolare
irritata nominatamente la P.ta V.a, la qual pare ch'abbia
voluto fuggir l'incontro: poich'egli pretende in una lunga
carta col semplice compasso, mostrar al senso stesso che il
sole non è maggior della terra, ne sopra Venere. Et il suo
Achille e (4); che sebene nell'Eclisse del sole, gli
abitatori sotto l'Equatore, il possano vedere oscurato in
tutto ò gran parte, nondimeno, quelli che nelle nostre bande
sono nel 45. grado, non possono patir Eclisse di sole, s'egli
è così lontano: perche nella diversità dell'aspetto, l'occhio
divertirebbe molto lungi dal Sole: e tutto questo esso
delinea in carta. In oltre per quell'eclisse della luna
raccontata da Plinio (5) stando l'uno e l'altro pianeta sopra
l'orizzonte, vuole affatto che l'ombra del Sole sia più larga
nel fine. Nelle quali stravaganze non è mancato chi per via
256v di Matematica l'abbia // corretto; ma il bello è che si ride
d'ogni autore, e d'ogni dimostrazione perche dice egli che
s'avessero fatte l'osservationi piu diligentem^{en}te in altro
modo avrebbero parlato. Siche il Tolomeo, il s.r Magini e,
per dirla, V. P.ta siete tutti con la testa nel sacco:
massime per le tante contraddizioni che si gloria di trovar
ne' Commentarii della sfera di V. P.ta (6). Alle quali sebene
io non so nulla, benche io sia molto studioso di quel libro,

⁹⁰ Banbargiense: sic

stimo d'aver sodisfatto per quanto comporti la ragione. ne alcuna ne scrivo, per esser molto frivole. già che tra l'altre scienze, ch'egli non sà, e dico di Geometria, d'Aritmetica, e Prospettiva, s'aggiunge l'ignoranza della lingua latina. Ma ad ogni modo, egli dice, sono l'osservationi che manifestano il Cielo, non i numeri, ò le figure d'Euclide. Et all'autorità di tanti illustrissimi Astrologi, risponde che sono huomini come gli altri. Dunque chiedo questa gratia a V. P.ta che si degni di farne sapere, s'ella mai n'ebbe nuova, ò pure lo spedi per pazzo. et avrei per singular favore, che in una breve figura, secondo quel suo raro ingegno, mostrasse come ne'45 gradi, stando l'altezza e grandezza del Sole e della luna, possa oscurarsi
257r il Sole. Il s.r Cardinale // mio Padrone l'avrà carissimo. E quanto all'istoria di Plinio favoriscami di dire s'ella è possibile, tolto quel, Quodammodo, che V. P.ta aggiunge in riferirla (7), perche io sono ributtato, mentre dico, che l'occhio costituito in mezo, vedendo insieme il Sole e la luna nell'orizzonte, sia per ogni parte in linea visuale retta, per la molta pianura della terra; onde sia forza che anco il sole e la luna si veggano. La dove altri pretende, che per la rotondezza della terra ogn'uno vegga, per due linee che declinano, l'estremità del diametro dell'orizzonte; siche tra dette estremità sia una linea retta, sopra la quale facciano triangolo l'altre due visuali à i pianeti opposti.

Di gratia, non isdegni d'abbassarsi tanto; e mostri che si come nelle Matematiche non è inferiore ad alcuno, cosi in esser cortese adegua se stesso. Che s'avverrà un giorno ch'io possa riverirla di presenza, vedrà che l'affettione ch'io porto alle sue tante virtù, non è indegna di questo favore. Benche per ora io confidi solamente nell'impositione fattami dal s.r Cardinale, il quale si pregia d'aver Famigliarità seco: pensi s'io mi glorierei d'avervi servitù. E per tanto m'offerò a S. P. M. R. pregandole lunghissimi anni per quell'istessa ragione che gli goderonò quei Padri antichi a commune beneficio.

Di Modena l'ultimo di Giugno 1607.

Di V. P. M. R. affett<ionatissi>mo Ser<vito>re

f. basilio Spinola Dominicano
Teologo dell'Ill.mo Este.

257v Al Molto R.do Padre, mio oss.mo
Il P. Cristoforo Clavio,
della Compagnia di Giesù.
Roma.

F. Basilio Spinola⁹¹

⁹¹ F.... Spinola: *alia manus scr.*

James Bosgrave a Christoph Clavius in Roma
 Kalisz 8 luglio 1607
 APUG 530 c. 177r-v
 Autografa

177r Rev.de in Christo Pater (1)
 Pax Christi.

Quoniam ex nostra Provincia proficiscuntur aliqui ad Congregationem Romanam (2), nolui praetermittere quin his paucis verbis, tuae R.ae plurimam praecarer salutem. Nam aliud quod scribam, non habeo. De rebus enim nostris domesticis et externis, ex harum latore intelliget, In quodam opusculo tuae R.ae (non memini quo) pollicetur se aedituram⁹² Arithmetica plenioram quandam. an ediderit, nescio (3). Ego saltem illam non vidi. Si est edita, mittat rogo, ad me unum volumen. Libenter vellem videre aliquem qui exacte ageret de Algebra, quod hactenus mihi non contigit. Nam quae scribit Ramus vel Schonerus (4), inintelligibilia sunt. Miror tuam R.am non scribere in Almagestum Ptolemei (5). Ego nuncquam⁹³ vidi auctorem qui illud opus interpretaretur, praeter Regiomontanum, qui tamen intelligi nequit, quia et compendio studet nimium, et pessime impressus (6). Aliud quod scribam, non occurrit. Utinam Deus tuam Reverentiam quam diutissime servet incolumem. Datum Calissii 8. Iulii 1607.

Tuae Rev.ae Servus in Christo

Jacobus Bosgravius.

177v Rev.do in Christo Patri
 Christophoro Clavio
 de Societate Iesu.
 Romae.

⁹² aedituram: sic

⁹³ nuncquam: sic

Johann Lantz a Christoph Clavius in Roma
 Ingolstadt, 10 luglio 1607
 Universitätsbibliothek Graz, ms. 159, fascicolo 17, 1.
 Autografa

Scrpsi ante 8 menses P. Christoforo Grunbergero, (1) misique duo horologia horizontale, et declinans⁹⁴ a meridie in ortum per tangentes alio modo, quam a R.V. fieri solet, constructa: Ac dubia quaedam de cometis et stellis novis proposui: Sed responsum hactenus accepi nullum: confugio ergo ad R.am V.am (quamquam non ignarus quam imprudenter, ne dicam temere) confugio tamen, ut tandem et mihi, et nostris philosophis satisfiat. Dubia autem, seu argumenta contra cometarum, et novarum stellarum sedes, ab Aristotele et aliis adsignatas sunt haec. 1.m Ex demonstratis ab Alhazen, Vitellione et Nonio (2) vapores, et exhalationes tantum ascendunt ad milliaria 52, qualium semidiameter terrae est 3579 (3): quod etiam R.a V.a in Commentario in Sphaeram⁹⁵ asserit. Hoc si verum est, sequitur 1.o Nullum cometam, stellamve ultra milliaria 583, qualium 60 uni gradui respondent, videri posse. 2.o Si fingamus cometam per Zenith transire, atque aliquam verticalem describere, arcum manifestum illius verticalis tantum esse 19 graduum, 26'. 3tio tempus diurnum cometae dicto modo verticalem describentis, tantum esse horae 1. 17'. 44''. Si enim fiat, ut 3631 composita ex semidiametro terrae, et altitudine vaporum, ad 3579 semid. terrae: ita sinus totus ad aliud: reperietur hic sinus 98568 fere; cuius arcus 80° 17', est comp. arcus semidiurni cometae, qui est 9. 43'. Demonstrationem geometricam quod facilis hic omitto. Hoc cum ita se habeat, quomodo fieri potest, ut cometae in tota Europa, et quidem ubique ad eandem mundi plagam, adeoque in eadem a vicinis stellis distantia, appareant? quomodo item duas, tres pluresve horas apparere possunt, et quidem non ab ortu in occasum; sed ne a meridie quidem in occasum? cum plerumque quando vesperi lucere incipiunt, meridianum praetergressi sint. 2m. Plures insignes Mathematici, etsi plerique haeretici, cometas supra lunam deprehenderunt, ut Tycho, Maestlinus, Cornelius Gemma, cometam anni 1577. Tycho plures alios. Maestlinus cometam anni 1580. Wilhelmi Landgravij Mathematicus Christoph. Rotmannus etiam nonnullos.

⁹⁴ duo horologia horizontale, et declinans: sic. *Intellige* duo horologia horizontalia, et declinantia

⁹⁵ post cometam.; *del.* seu

Lipsius in Flandria idem a Mathematicis observatum scribit. Cardanus ex parallaxi idem affirmat. Jacobus Curtius novam de cometis sententiam demonstratam esse in epist. quadam ad Tychonem pronunciat. Maginus se quid ad Cometas dicat non habere in Epist. quadam ad eundem ait (4). Audivi et ego a Patre quodam, Mathematicum quendam Romae in publica disputatione, cui p. ille interfuit, dixisse, cometas supra lunam existere, instrumentis compertum esse (5). 3.m Motus habent regulares, in epicyclis videntur volvi; circulosque maximos describunt, quod etiam Fracastorius, Gemma Frisius, Appianus animadverterunt, atque de antiqua sententia dubitare coeperunt. Iam quod ad novas stellas dicemus. Certe stellam Sagittarij naturalem, non miraculosam fuisse, argumento est magna coniunctio, ad quam exorta fuit (6). Sed R.a V.a facile stellas novas in caelo esse concedit. quod si ita est, cur stella Sagittarij 30 diebus promotam est 36'? cur non potius stellas fixas, aut aliquem ex planetis secuta? Rogo R.a V.a ad has meas nugas respondere dignetur. Peto etiam quam maxime, ut si quid habet quod pro aliqua instructione in his nostris studiis faciat, mihi communicet. Libros, quos R.a V.a hactenus edidit, habeo omnes, et maiorem partem percurri; nempe Arithmetica[m] practica[m], Commentarium in Sphaeram, elementa Eucl., Sphaerica Theodosii cum adiunctis; Gnomonicen; Fabricam horologiorum; descriptionem horologiorum per tangentes; Astrolabium; Apologiam utramque contra Maestlinum et Scaligerum; Calendarium Romanum in folio; Geometriam practica[m] (7). Vidi etiam convitia, et ineptissimas ineptias Scaligeri contra R.am V.am, quae risu potius, quam reprehensione dignae sunt (8). Cuperem etiam, si fors R.a V.a alios libros a recensitis edidisset, eos ad me per PP. nostros mitteret. Nunquam alios libros Maurolici praeter opuscula, et Cosmographiam habere potui, rogo si Romae haberi possunt, R.a V.a eos a PP. nostris comparari curet, sicut et Algebram Nonii; et aliorum mihi ignotorum; Commandini opera fere omnia habeo, et vitiosum Scaligeri Tetragonismum, sive cyclometrica (9). R.ae V.ae SS. Sacrificiis et precibus me plurimum commendo. Ingolstadii 10 Iulii anni 1607.

R. V.ae Indignus in christo servus

Ioannes Lantz

Reverendo in Christo Patri
P. Christophoro Clavio
Societatis Iesu Sacerdoti.
Romae.

Giovanni Giacomo Staserio a Christoph Clavius in Roma
 Napoli 24 agosto 1607
 APUG 529 cc. 100r-101v
 Autografa

100r

Molto R.do in Christo Padre
 Pax Christi etc.

A quest'hora credo havrò ricevuto risposta a due mie da V. R. la quale se non havrò ricevuto, ben mostrerà V. R. di non amarmi, et di condannarmi senza raggione prima di sentirmi (1). Credami V. R. che non sono colpevole in cosa che altri sospettano di me. Ma bisogna pur patire volentieri per amor di Dio qualche cosa, ancora per mancamenti non colpevoli. Se come ho scritto, impetrarò da N. P. di venire ad aiutare V. R. nelle cose che compone, acciò possano restare le cose bene compite, et stamparsi col tempo, se non così subito, credami V. R. che la consolatione non sarà minore di V. R. che mia. ma V. R. non manchi di aiutare li buoni desiderii di chi sà che l'ama da dovero. Mi faccia carità vedere un poco a che propositione et a che libro s'ha da rimettere quella figura posta nel fine del 2o tomo del suo Euclide. Mi pare che alla 72. del 10. non possa mettersi, 100v seben // le figure poste nel fine della propositione, mi paiono un poco diverse da quelle della 2.a edizione di Roma (2). Di più nella materia de horologiis ho avvertito che l'hora 5 et 6 si trova subito con pigliare nella linea dell'hora 23. italiana, la meta dell'intervallo tra l'hora 11 et il centro dell'orologio, et transferirlo dall'equinottiale nell'hora 23. perche essendo lo spatio tra la 5 et 11 doppio allo spatio tra la quinta et 11 et la hora 23 parallela all'11, necessariamente il triangolo fatto dalla 5 con la equinottiale, et la linea tirata dal centro dell'orologio all'11 verrà ad havere la base doppia alla base del triangolo fatto verso la punta del med<esim>o triangolo con la hora italiana 23. Ma tornando alle cose nostre V. R. mi farà carità di rispondermi, et non mostrarsi nelli bisogni alieno da chi desidera servirlo, et chi forse non è così male come pensa; almeno nelle cose occorrenti non mi pare haverci parte. Et sa benissimo che non è la prima volta che Dio permette alcuno essere tribulato senza colpa. mi saluti caramente il P. Prov<incia>le (3) et se può informarsi, et aiutare qualche mio 101r buon desid<eri>o // non manchi di farlo, perche l'assicuro che non se ne troverà se non molto contento. il P. Marano (4) Compagno del P. Prov<incia>le m'ha inanimato a scrivere di ciò a V. R. et per questo io lo fò di nuovo, perche altrimenti mi sarei ritirato per attendere a prepararmi a ben morire,

perche qui le spesse morti, et in parti<cola>re <d>ei Nostri
mi sforzano a scordarmi d'ogni cosa transitoria, che non è
indirizzata alla salute. Se bene questa l'apprendo come cosa
di servizio di Dio, et bene delli studii et della Comp. Fini-
sco con raccomandarmi molto alli santi Sacrificii et orationi
di V. R. da Napoli li 24. di Agosto 1607.

Di V. R. servo in Christo

Gio: Giac.o Staserio

V. R. di gratia se non hà risposto all'altre non manchi
rispondere a questa quanto prima et con qualche sforzo
maggiore di sodisfare alli buoni desiderii di chi l'ama, et
in particolare alla licenza di poter portar meco li libri da
lei donatimi.

101v Al molto Rev.do in Christo Padre
il P. Christoforo Clavio
della Comp.a di Giesù
Roma.

Staserius⁹⁶

273

John Hay a Christoph Clavius in Roma
Nancy 8 settembre 1607
APUG 530 cc. 83r-83v
Autografa

83r

Admodum R.de in Christo Pater
Pax Christi

Redit in hanc urbem D. Ioannes Baptista de Stabulis (1)
Mathematicus sane eruditus Serenissimi Principis nostri (2),

⁹⁶

Staserius: *alia manus scr.*

qui propediem in lucem dabit varia opera Mathematica (3), immo et Algebram perfectam qua de re certiore facere volui R. V. ut ipsa maturet editionem magnae suae Arithmeticae (4), scripsi in Belgium ad DD. Romanum et Coignetum (5), ut ad me mitterent⁹⁷ quam promiserunt, Algebrae Regulam, at hactenus nihil responderunt (6). Egi cum D. Bap<tis>ta de Stabulis de sua Demonstratione quam ipse perfectissimam existimat,⁹⁸ si bene memini demonstrationis fundamentum consistit in proportiones R.a V. erratum reperit⁹⁹ cuius ego non memini, Oro ergo R. V. ut ad me erratum mittat, quo tempestive auctor demonstrationis se corrigat (7). Commentarii R.ae V. in Euclidem sunt excusi in Germania non sine erratis (8), studiosi <philoso>phiae quorum plerique sunt tenuis fortunae non coemunt commentarios, si ergo R. V. permiserit curabo ut compendium commentariorum edatur; praestat ut nos hoc faciamus quam ut alius sibi arroget labores R.ae V. (9) Dignetur rescribere aut [certe] si ipsa est impedita, R. P. Grinbergius (10) (cui hae litterae a me salutem dicent) R.am V. hoc onere levabit. Ego interim praecor omnia fausta R.ae V. meque ipsius sanctis sacrificiis et orationibus etiam atque etiam commendo. Nancaei 8. Septembris 1607.

Proficiscor ad balnea in finibus Lotharingiae nam brachio sinistro non utor libere.

R.ae V. in Christo servus et discipulus

Ioannes Hayus

V. R.am ex animo salutatur in Christo servus
Ioannes Gueretius¹⁰⁰ (11)

83v Admodum R.do in Christo Patri
P. Christophoro Clavio
Societatis IESU
Romae

P. Ioannes Hayus¹⁰¹

⁹⁷ post mitterent: *del.* promi[serunt]

⁹⁸ post existimat,: *del.* et mihi

⁹⁹ consistit in proportiones ... erratum reperit: *sic*,
scil. consistit in proportionibus, in quo R.a V. erratum reperit

¹⁰⁰ V. R.am ... Gueretius: *scr. Gueret*

¹⁰¹ P. ... Hayus: *alia manus scr.*

Andrea Argoli (1) a Christoph Clavius in Roma
 Alatri 9 ottobre 1607
 APUG 529 cc. 238r-239v
 Autografa

238r Molto Rev. Padre e s.r mio oss.mo

Con l'occasione che me si porge qui in Alatri (2) dove mi retrovo Medico vengo à ricordarmele ser<vito>re; et pregarla à comandarmi. In oltre qui han dato rumore vedersi la Cometa la sera sino alle doi hore di notte passate verso fra¹⁰² l'occidente, e settentrione (3). Io hò defetto di natura che non vedo bene, m'e parso avvisarne V. P. M. R. accio la facci notare. Mi dicono che esce un raggio dalla stella, quale si distende assai verso levante, però il raggio dicono non sia lucido ma ombroso. Havrei da dirle sopra q<uest>o molte cose, però non essendo sicuro della verità lo riserbo alla risposta di V. P. M. R. (4) alla quale b<acio> l<e>m<ani>. Alatri 9 8.bre 607.

Di. V. P. M. Rev. s<ervito>re aff.mo

And. Argolo Medico di Tagliacozzo

239v Al Molto Rev<erendo> Padre, et meo oss.mo
 Il P. Cristoforo Clavio Gesuita
 Roma.

Ant: Argulus medicus¹⁰³

¹⁰² fra: *interscr.*

¹⁰³ Ant: ... medicus: *alia manus scr.*

Johann Reinhard Ziegler a Christoph Clavius in Roma
 Mainz 9 novembre 1607
 APUG 530 cc. 249r-250v
 Autografa

249r R.de admodum Pater in Christo.

Pax Christi.

Intelligo ex literis Nobilissimi Domini Marci Welseri Augustani (1), R.am V. h<abe>re paratum opus, quo agit de Cyclometricis et de Calendario, et quaeri typographum qui illud excudat hic in Germania (2). Suspikor eo opere R. Vestram occurrere superbiae Scaligerianae Et nugis Lydiathi Angli hominis sane inepti (3). Et quidem de Scaligero iam dudum optavimus ut pro merito suo a R. V. tractaretur. Verum quicquid sit de argumento operis R. V. mittat illud per Augustam, opera praedicti Domini Welseri, se enim curaturum ipse nobis literis recepit, futurum est ut hic Moguntiae excudatur, et ego ipse operam dabo, si Deo placuerit, ut cum dignitate fiat. Excudi curavi hic Geometriam practicam R. V. Et quia a Geometriae usu sinus, tangentes et secantes separari non possunt easdem tabulas cum brevi introductione e R. V. tractatu petita, eadem cum Geometriae forma excudi curavi in gratiam discipulorum nostrorum (4), quia sinus R. V. hic non habentur facile cum in Germania excusi numquam sint. Atque ut R. V. videat quam conemur eius opuscula imitari typis, exemplar Geometriae et tabularum accipiet per D. Welserum cui transmisi (5). Futurum puto ut post paucos annos recudatur Geometria, distractis paene iam prioribus exemplaribus (6). quod R. V. significo, si quid forte velit monere de hac re vel addere. Quae in nostra editione iam facta errata sunt ea per me facile tollentur. Laborabamus tum temporis ea difficultate, quod qui figuras delineabat et incidebat Francofurti habitaret, nec nisi per literas cum eo agi posset; nunc in promptis est qui etiam figuras parare poterit. Si quidem ipse typographus adeo desiderio harum rerum tenetur, ut satis commode geometricas figuras manu sua ligno insculpat. Bernardus Waltherius Coloniensis Typographus, qui arithmetica R. V. excudit mihi significavit se expectare Algebra R. V. rae quam excudat (7). Valde laetatus sum, ut audivi, atque utinam R. V. eam pro nobis destinasset excudendam, sed tamen non invideo isti bono viro. Quia tamen Colonienses nec typo nec reliquis ullam fere venustatem assequuntur, adeo ut arithmetica R. V. ibi excusam aegre oculi mei ferant (8), ideo cum illo transegi, ut hic Moguntiae Algebra R. V. curet excudi apud Io.

Albinum, qui Geometriam excudit (9). Et in gratiam R. ae V. rae meam obtuli operam, ut quam fieri potest correctissime edatur. Itaque hoc unum superest, ut R. V. illud etiam opus, quam primum nobis destinet; quod quidem [dictus] ille Dominus commisit cuidam suo cognato Alumno S. Apollinaris (10): cui etiam mandavit ut characteres cossicos formari curet Romae ad arbitrium R. V. ae De Cometa huius anni quaeso uno Verbo significet, quid vobis observatum (11), quoad eius situm sub Aplano. iuvabit nos distantioris loci observatio ad nostram collata Ego cometam observavi primum 24. Septembris non longe ab infirmi secundae magnitudinis quae est inter caudam Ursae maioris et Leonis quam quidam globi faciunt catellum unum Bootis. 29. sept.¹⁰⁴ Mane post 4 horam distabat a penultima caudae ursae maioris grad. 17. 15'. ab ultima caudae eiusdem gradibus 14. 50'. quare cum eodem instrumento invenerim distare illas duas caudae 6.° 50' per sphaericorum doctrinam extimo cometae ad eam horam longitudinem #VRG# 16.° 58' latitudinem 39.° 44'. quamvis instrumentum habuerim satis inopportunum et extemporaneum, ut praecisam adeo observationem non affirmem. Sequentibus diebus notavi illam progredi et cursum tenere versus ophiuchum. nam 8 Octobris a [lucente] coronae boreae distabat gradibus 30 circiter, a capite ophiuchi 27 gradibus existebatque paulo ante sinistrae manus ophiuchi stellam magis borealem.¹⁰⁵ Visus est viam tenere versus 17 gradum sagittarii, qui locus consegnatus fuit stella nova anni 1604. (12) Ex iis quae ego notavi concludo nequaquam fuisse in aere hunc cometam; ut volunt nostri philosophi, repugnante omnino experientia nisi aeri longe maiorem sphaeram assignemus, quam Aristoteles (13); nam si aeris crassities non ultra 62 milliaria obtinet, certe quae in summitate etiam eius feruntur corpora sensibilem maxime parallaxim in motu exhibere est necesse. Rogo R. V. pro //

249v sua in nos charitate, et in haec studia propensione uno verbo significet quod sentiendum putat de Cometarum a terra distantia (14). Ego quidem puto Aristotelem, ut in via lactea, ita etiam in Cometarum generatione minus rem assequutum (15). Siquidem perpetua caudae in oppositam solis partem directio sola arguit, eam caudam non ex inflammatione nitrosae oriri materiae, sed aliud nihil esse quam radiorum per corpus cometae emissorum splendorem. Obscurior fuit huius Cometae cauda quam ut observari posset angulus quem eius latera extrema in centro Cometae concurrentia comprehenduntur, cuius quantitas si cognita fuisset, ex comparatione eius ad distantiam Cometae a Sole etiam confirmari potuisset mea opinio; quam tanto firmiter teneo, quia doleo nos philosophari in tenebris, et reclamante experientia Aristoteli inniti, in re in qua ipsemet non tam rationem, quam communi assertionem ductus fuit (16).

¹⁰⁴ sept.: interscr.

¹⁰⁵ post borealem: inde supre[...] del.

Petivi aliquando a R. V. ut nobis scrupulum eximeret circa Eclipsin solarem, quam se scribit in Lusitania vidisse totalem¹⁰⁶, [nam] diversitas est in numero anni quo acciderit. R. V. in suis quibusdam literis ad me ponit factum anno 1558. Editio sphaerae lugdunensis facta anno 93. fol. 508. habet annum 1559. Ioannes Kepplerus Caesareus Mathematicus in opticis suis dicit a R. V. scriptum, contigisse anno 1560 (17). Uno verbo quaeso significet, quid tenendum. Petebam etiam observationem vestram solaris deliquii anni 1605. eoque fine misi ad R. epistolam impressam quam scripserat ad Mathematicos citatus Kepplerus, facta etiam R. V. mentione. Sed nihil responsum est, forte quia meas literas R. V. non accepit: quas tamen quaternas me misisse eiusdem argumenti memini (18).

Spero me R. V. molestum non futurum prolixiore epistola, qui si R. V. adessem, haud dubie infinita essem quaesiturus, pro meo in hoc studium affectu. Itaque et hoc addam. Proponitur in nostris scholis iuventuti explicandus Purbachius de Theoriis planetarum, an non consultius videretur loco earum substituere theoricas Magini? (19) si quidem nescio an a R. V. aut alio ex nostris tamen brevi debeamus expectare meliores. Et tamen ad Prutenicas tabulas (20), quas fere sequi necesse est hoc saeculo multo Magini sunt aptiores theoricae, quam Purbachii. R. V. accedente calculo, non dubito, quin R. P. Provincialis sit assensum praebiturus (21). Si quid aliud habuerit R. V. vel etiam P. Christophorus Grunbergerus (cui obsecro, ex me salutis plurimum dicat). quaeso significet. Est prope Aquisgranum Comes quidam Catholicus valde rerum mathematicarum studiosus, qui etiam sua manu, quod ego in scholis tradiderim in varias partes huius scientiae describere voluit. Amicus est et fautor magnus Societatis et inprimis Aquisgranensis Collegii, ei si aliquod opusculum dedicaretur futurum esset operae pretium (22). Titulus mihi non omnino constat facile tamen hic supplebitur. Nihil tamen R. V. praescribitur, cui non desunt maiores patroni. Illud etiam quaerere lubet, quid sentiat ea de re R. V. si typographum inveniam, qui in uno opere in maiori folio recudat omnia R. V. opera nullo penitus excepto (23). Videretur res futura pulchra, et multis optata. Sed placet audire iudicium R. V. quae rectius de suo facto statuet. Ego avide R. V. responsum expecto. Et si quid forte prioribus literis, vel his ipsis etiam offenderim quo minus responsum merear culpam humiliter deprecor. Quod si tempestive praedicta miserit spero futurum ut ad vernas nundinas sint excusa. Nam typographus (24) in manu mea est. [Inserta] omnia habet parata figurasque, si quae sunt dum in manibus opus est parabit. Vale admodum¹⁰⁷ R. de Pater Clavii et pro me peccatore orare digneris. Ego vicissim pro meo in R. V. affectu faciam ut R. V. semper memor exi-

¹⁰⁶ totalem: *corr. ex totam*

¹⁰⁷ dum: *corr. ex verbis quibusd. et interscr.*

stam. Moguntiae 9 Novembris anno 1607.

R. V. servus in Christo

Ioannes Reinhardus Ziglerus Soc. Iesu.

R. m. V. m. salutatur in Domino plurimum N. Serarius.¹⁰⁸

250v Admodum Reverendo Patri in Christo
P. Christophoro Clavio
Societatis Iesu Sacerdoti.
Romam.

Respondeatur hisce literis.¹⁰⁹

276

Bernardino Salino a Christoph Clavius in Roma
Genova 12 dicembre 1607
APUG 529 cc. 132r-133v
Autografa

132r Molto Rev. do in christo Padre
Pax Christi.

Avanti che dar la Risposta di V. Rev. a quel
Gentilhuomo, che ha proposto il dubbio (1), ho voluto di novo
rescriverli, perche dubito di non haverlo dicchiato bene:
doi dubij mi furono proposti da esso. Il primo che non sia
vera quella Regola del Sacrobosco, quod in medietate Zodiaci

¹⁰⁸ R. V.... Serarius: *scr. Serarius*

¹⁰⁹ Respondeatur ... literis: *scr. Clavius*

quae est a principio Arietis usque ad finem Virginis semper
 maior pars oritur de Zodiaco quam de aequinoctiali (2), e la
 sua ragione era perche questo si verifica solo nella prima
 4.ta ab #ART# usque ad #CNC# nella quale semper maior pars
 oritur de Zodiaco quam de Aequatore; perche gl'angoli che fa
 il Zodiaco con l'Horizonte in tutta quella 4.ta sempre sono
 minori; ma diceva esser falsa nella 2.a 4.ta a #CNC# usque ad
 #BLN# perche in questa 4.ta semper maior pars oritur de
 Aequatore quam, de Zodiaco, et Aequator semper minores angulos
 facit cum Horizonte quam Zodiacus, Unde etiam necesse est
 maiorem partem Aequatoris semper oriri quam Zodiaci e tutto
 questo e vero e certo; come anche afferma V. Rev. nella sua
 lettera¹¹⁰ e di questo esso non ha¹¹¹ dubio alcuno; anzi da
 questa verita inferiva il suo dubbio, cioe che da questo ne
 seguiti esser falsa quella Regola sopra detta¹¹² che in
 medietate Zodiaci ab #ART# usque ad #BLN# semper maior pars
 oriatur de Zodiaco, e similmente esser falsa l'altra Regola
 opposta a questa, cioe che nell'altra meta dalla #BLN# sino
 all'#ART# semper maior pars oriatur de Aequinoctiali quam de
 Zodiaco: ma di questo dubbio resto chiarito presto, perche
 altra cosa e comparare le due 4.te insieme quanto alle sue
 ascensioni cioe dal #ART# al #CNC# e dal #CNC# alla #BLN#
 altra cosa e comparare tutta la meta del Zodiaco dal #ART#
 sino alla #BLN# con la meta del' Equinottiale che e dal #ART#
 sino alla #BLN#, perche quanto alla prima Comparatione e vero
 quello che diceva il Gentilhuomo, cioe che in prima 4.a
 semper oriatur maior pars Zodiaci quam Aequatoris, et in 2.da
 e contra semper maior pars oriatur Aequatoris, e in questa
 prima comparatione non s'intende la Regola del Sacrobosco,
 perche sarebbe manifestamente falsa: ma si intende quanto
 alla 2.da comparatione di tutta una meta del Zodiaco, con
 tutta la meta contermina¹¹³ del Equinottiale e cosi e
 verissimo, che semper maior pars oritur de Zodiaco quam de
 Aequinoctiali, perche se noi pigliamo l'arco dal #ART# sino
 al fine di #CNC# questo comprehende 120 Gradi, e pur l'arco
 del equonott<ia>le che insieme ascende con questo arco del
 Zodiaco nella nostra altezza di Polo e solo 100 Gr. e 37 m.
 similmente l'arco del Zodiaco sino al fine del Leone
 comprehende 150 Gradi, e pur l'arco del Equonottiale che
 insieme ascende e solo 140 Gr. e 22 mi. e cosi e manifesto
 che pigliando sempre l'aggregato delli archi del Zodiaco con
 l'aggregato delli archi dell'Equonottiale in quella meta che
 e dal #ART# sino alla #BLN# sempre e maggiore l'arco del
 Zodiaco che ascende che l'arco del Equinottiale. di questa
 risposta esso resto soddisfatto a pieno ma poi soggiunse il

110 *post lettera: verbum quodd. del.*

111 *ha: corr. ex abbia*

112 *post detta: verbum quodd. del.*

113 *contermina: sic*

2.o dubio dicendo, Concedo che tutto questo e vero. ma la ragione che da il P Clavio nella sua sfera non e vera, cioe che Ideo in ea medietate quae est ab #ART# usque ad #Libra#
 132v semper // oriatur maior pars Zodiaci quam Aequatoris quia acus semper facit minorem angulum¹¹⁴ cum horizonte quam Aequator (3), perche questa ragione, (diceva esso) e vera solo nella prima 4.ta dall'#ART# sino al fine di Gemini ma è falsa¹¹⁵ nella 2.a 4.ta dal principio di #CNC# sino alla #BLN# nella quale 4.ta sempre il Zodiaco fa maggior angolo con l'Horizonte che l'Equinottiale. questo adunque e il suo dubbio, e quello che dice V. Rev. nella sua lettera tutto lo concede, ma direbbe esso¹¹⁶ che quello non scioglie il suo dubbio, perche la Regola del Sacrobosco non s'intende¹¹⁷ delle due 4.te comparate insieme nel qual senso procede la risposta di V. Rev.¹¹⁸ ma delle due meta del zodiaco et dell'equinottiale comparate insieme nel qual caso e vera la sopradetta Regola, che altrimenti intesa cioe nel primo senso sarebbe manifestamente falsa. Hor supposto che la Regola cosi s'habbia da intendere, la ragione che da V. Rev. di essa per gli angoli non puo (diceva esso) quadrare in modo alcuno cioe che il Zodiaco in tutta quella meta faccia sempre minori angoli con l'Horizonte che l'equinottiale: e percio io per salvar il detto di V. Rev. li diceva quella risposta, che li scrissi nell'altra mia lettera, cioe che sicut ab #ART# usque #BLN# semper maior pars oritur de Zodiaco quam de Equinottiali, ita semper in tota illa medietate Zodiacus facit minorem angulum cum Horizonte sed non eodem modo semper¹¹⁹, quia in prima 4.ta ab #ART# usque ad #CNC# facit semper Zodiacus minores angulos cum Horizonte versus partem superiorem, hoc est versus polum articum, et in alia 4.ta a #CNC# usque ad #BLN#¹²⁰ facit idem Zodiacus semper minores angulos cum Horizonte versus partem inferiorem¹²¹, hoc est versus polum antarticum, e cosi diceva io, la ragione del P. Clavio e vera in tutta quella meza dal #ART# sino alla #BLN# e perche esso instava che questa sarebbe poi equivocatione, io rispondeva che non bisogna maravigliarsi che qualche volta per breuita si lasci la dichiarazione di qualche propos<ition>e ambigua Io dico il vero che intendendosi la

114 angulum: *interscr.*

115 post falsa: dal pri[ncipio] *del.*

116 esso: *interscr.*

117 non s'intende: *interscr.*

118 risposta di V. Rev.: *corr. ex sua risposta; sua del. et di V. Rev. interscr.*

119 sed... semper: *interscr.*

120 a #CNC# ... #BLN#: *interscr.*

121 post inferiorem,: e cosi diceva io *del.*

Regola del Sacrobosco nel modo sopradetto de comparatione medietatis Zodiaci cum medietate Aequatoris et aggregati plurium signorum unius medietatis cum aggregato alterius non veggio sin hora altro modo di salvar la ragione di V. Rev. e percio ho voluto piu alla distesa dicchiare il dubio; per intendere da lei se ha altra risposta migliore. Et de hoc satis.

Il libro che mi cita V. Rev. de suoi Triangoli spherici (4) non l'ho mai trovato ne in Genova, ne in Milano alle librerie, se bene l'ho cercato con ogni diligenza; perche desidero molto di haverlo massime per la dottrina de Triangoli spherici e Rettilinei et per l'uso de sini e Tangenti, e se V. Rev. ne avesse alcuno d'avanzo anchor che fosse assai frustrato, mi farebbe grandissimo piacere a mandarmelo per il P. Pompilio (5), quando tornera da Napoli, perche credo che esso mi fara volentieri questa carita di portarmelo, e quando non si possa avere gratis si paghera. legendo uno di questi giorni nella sua sphaera il modo di trovare la distantia di due citta tra se (6), vidi che V. Rev. promette l'opera della sua Cosmographia (7), del che mi rallegrai molto, perche io mi diletto molto di questa scientia, e ho gusto grande di veder Globi ben fatti, e descrittioni della terra o Universali o particolari ben corrette et emendate e quando me ne capitano alcune tali alle mani le tengo carissime, massime de paesi piu remoti, e tal volta le transcrivo con gran fatica, quando mi sono imprestate. di queste simili credo che V. Rev. ne havera parecchie dalli Padri, che vengono dalle Indie, e se le facesse stampare sarebbero grate a molti, che le desiderano (8). Credo che in esso insegnera il modo di fare le descrittioni de Paesi, e varij modi di trovar la
133v longitudine de luoghi, e qual sia miglior // forma di descrivere la terra in piano tra li varij che si usano e altre propi appartenenti a la direttione de Viaggi e delle Navigationi, e forsi anche aggiongera la Tavola della longitudine e latitudine piu probabile de luoghi principali di tutte le provincie; Il che sarebbe cosa desideratissima. però quando lo stampera si ricordi di me, che io non li saro ingrato, almeno mi dia aviso se l'ha stampato o no perche non solo io, ma altri qua in Genova procureranno di haverlo. Con questo facendo fine alle ori e S.ti Sacrificij di V. Rev. molto mi raccomando da Genova alli 12 di Dicembre 1607.

Di V. Rev. Servo in christo

Bernardino Salino

133v Al Molto Rev.do in christo Padre
il P. Christoforo Clavio
della Compagnia di Giesù.
Roma

Giovanni Antonio Magini a Christoph Clavius in Roma
 Bologna 16 gennaio 1608
 APUG 529 cc. 77r-78v
 Autografa

77r Molto Rev.do padre in Christo mio S.re Oss.mo

Sono andato procrastinando di dar fuori il commento delle mie theoriche de pianeti, sperando pure, che dovesse uscire la correctione de moti del Tichone (1), et hora che mi sono chiarito, che gl'heredi di lui non se ne prendono molta freta, et che i scritti del Tichone hanno bisogno d'esser riveduti da persone molto intelligenti, et con molta perdita di tempo; sono risoluto a dar fuori il detto mio commentario quanto prima, massime havendo fatto i problemi delle calcolationi de i moti, et d'altre cose partinenti à i secondi mobili per la dottrina de triangoli et per certe tavole mie generali (2), di modo che levando io via l'uso de i scrupoli proportionali et de l'eccesso dell'equationi dell'argomento de pianeti, haverò ridotto a tanto compendio quelle cosi intricate calcolationi, ch'ogn'uno le potrà a suo piacere fare. Io ho travagliato in cavare dalle tavole pruteniche le commensurationi degl'orbi, ch'ha supposte il Reinoldo, et in tutti i pianeti ho havuta molta sodisfattione, ma in Marte non resto sodisfatto, perche se bene con i numeri ch'ho investigato io ritrovo
 77v cor//rispondere benissimo l'equationi cosi Apogee, come Perigee dell'argomento ad ogni grado d'esso argomento, non trovando svario in un pur secondo. nell'equationi poi del centro non posso ritrovare i medesimi secondi se bene in minuti non ci è varietà: ma haverei gusto à ritrovare la corrispondenza anco nei secondi et scoprire bene quei numeri de i quali il Reinoldo s'è servito, suspicando io di qualche incostanza di lui, massime che nella determinatione de minuti proportionali vedo qualche varietà in #MRT#¹²², et ch'egli non ha servata la medesima via ch'ha fatto in Saturno et Giove, ne i quali i miei numeri incontrano benissimo con i suoi (3). Dunque per questo rispetto ricorro à V. S. accio che mi faccia gratia di riscontrare questi miei numeri con quei, ch'ha notati il Mestlino in un suo trattato, che Giovanni Keplero ha stampato dietro al suo misterio cosmografico (4), il qual libro io non ho mai potuto havere con tutto ch'io //

¹²² in #MRT#: interscr.

78r l'habbia ricercato con molta ansietà et sollecitudine, ho voluto ricorrere à lei che non puo fare che non habbia il detto libro, altrimenti io faro capo al Christino che legge a Turino, il quale in una sua l<ette>ra mi confessò d'haverlo (5). Ne essendo questa mia per altro mi raccordo ser<vito>re aff.mo a V. S. baciandogli le mani, et pregandogli dal cielo prosperità et sanità per molti anni.

Di Bologna li 16 Gennaro 1608

Di V. S. Molto Rev.da
ser<vito>re divotissimo

Gio: Antonio Magini

Mi sarebbe grato se V. S. mi mandasse la copia di quei numeri del Mestlino, et tutto quello ch'egli dice nella Theorica di marte.

77
bistr

Copernicum et Reinoldum in Prutenicis tabulis qualium semid.
Eccentrici habet 100000.

		Ptol.	Copernici	Reinoldi
#STR#	Deferentis	5694	5700	5686
	aequantis	11389	11400	11372
#GVE#	deferentis	4583	4580	4572
	aequantis	9167	9160	9144
#MRT#	deferentis	10000	9600	9530
	aequantis	20000	19600	19434

secundum suppositionem Ptolemaicam

#STR#	Epicycli	2847	2848	2843
	eccentrici	8542	8540	8529
#GVE#	Epicycli	2292	2290	2286
	eccentrici	6875	6870	6858
#MRT#	Epicycli	5000	5000	4952
	eccentrici	15000	14600	14482

secundum hypothesim Copernici mobilitatis terrae

Distantiae planetarum a terra secundum

		Ptol.	Coper.	Reinholdum
#STR#	maxima Apogea	105694	105695	105686
	minima perigea	94306	94305	94314
#GVE#	maxima Apogea	104583	104580	104572
	minima perigea	95417	95420	95428
#MRT#	maxima Apogea	110000	109600	109530
	minima perigea	90000	90400	90470

Semidiametri¹²³ Epicyclorum vel orbis magni secundum auctores iam dictos

#STR#	10834	10900	10909
#GVE#	19167	19160	19062
#MRT#	65855	65800	65772 (6)

78v Al Molto Rev.do in Christo
mio S.re Oss.mo
il Padre Christoforo Clavio
della [Comp]agnia del Giesu
Math<emati>co eminentissimo.

Roma.

¹²³ auctores iam dictos: *corr. ex varios auctores*

Christoph Grienberger a Christoph Clavius in Roma
 Messina 20 gennaio 1608 (1)
 APUG 529 c. 54r-v
 Autografa

54r R.de in Christo Pater
 Pax Christi.

Plurimus amor quem mihi exhibuere Neapoli postulaverat ut inde ad ad¹²⁴ T. R.am aliquid perscriberem ut quas ipse referre non poteram gratias, eis¹²⁵ per T. R.am darentur maiores: Sed improvisa profectio absolvere non est passa literas quas tunc copiosiores scribere proposueram. Et quamvis nec Messinae desit materia scribendi ubi vix non benevolentis obruor, praesertim R.di Patris Rectoris Hieronymi Lombardi (2) qui Novitiis praeest, meque iam fere sesqui mensem omni genere benevolentiae prosequitur; hactenus tamen ad scribendum induci non potui, eo quod necdum eo pervenerim¹²⁶ ubi id praestare commodius possem. Verum Profectio R. Patris Provincialis (3) ulterius differre non sinit propositum, nec visum est sine culpa omitti posse tam opportunam occasionem, praesertim quod hac via ex parte liberer a scribendo: ab eo enim rectius quam ex me poterit intelligere quid hisce in locis vel egerim vel acturus sim. ego aliud nescio, nisi quod omnes magna aviditate me expectare Panormitanos¹²⁷ dicant. Discessum expecto in dies cum Triremibus Melitensibus quae avelli hactenus a Portu Messinensi non potuere. Ego Messinam appuli ipso die festo S. Ceciliae, non sine aliquo periculo, nam et fluxum Maris contrarium et ventum habuimus, et nautas non valde expertos. plus tamen socii timere quam ego. ut¹²⁸ verum fatear Fretum hoc de quo tanta referri audieram libentius furiosum quam tranquillum vidi: sed laetior tamen portus fuit cui nescio si

124 ad ad: *sic; inter ad et ad del.* inde
 125 eis: *interscr.*
 126 pervenirem: *corr. ex pervenissem*
 127 Panormitanos: *corr. ex Panormicanos*
 128 ut: *corr. ex ne*

alius in orbe sit similis. Domino Abbati Maurolico (4) semel tantum sum loquutus domi suae, ubi¹²⁹ mihi¹³⁰ non sine aliquo timore ut prae se ferebat Patruī sui scripta monstravit, quae brevissime et cursim lustravi. Incitavi hominem ut edere procuraret, visusque est non abhorrere. et fortassis si Romae esset qui curam habere vellet, Romae ederet (5). [im]mo ipse Romam se conferre desiderat et secum ferre hunc suum¹³¹ Thesaurum. id quod mihi placuit est quod omnium libellorum fecerit copias, ita ut si originalia in hispaniis reliquenda forent (6) superessent quae communicari aliis possent. puto tamen scatere erroribus, essentque prorsus inutiles si figurae non adscribantur quorum loca vacua adspexi. si suspicari potuissem tanto me tempore Messinae moraturum¹³², forsitan operam meam obtulissem; quamvis non penitus fuerim otiosus. Haec paucis. Salutet quaeso T. R. meo¹³³ nomine R. dum Patrem Provincialem et Rectorem (7). reliquosque Patres ac fratres charissimos nec obliviscatur Patris Villalpandi (8) cuius saepius memini dum hic in Noviciatu fabricarer Thesibicam (9). Cum hac occasione ex parte didici artem fundendi. omnia enim necessaria domi fudimus adiuvante quodam novitio calente¹³⁴ artem aurificum. Tentavi etiam fundere speculum et refudi saepius quatuor circiter digitorum sed hactenus nullum perfeci sed spero perfecturum aliquando. Salutet etiam Patrem Fuligatum et totum nostrum Curritorium (10). Si V. R. ae visum fuerit et ipse desideraverit poterit ei aliquid communicare ex iis quae ad T. R. am mitto, nempe aliquas imagines ex terra Melitensi (11). Mitto etiam T. R. ae et P. Malcotio aliquot linguelas (12) et duos annullos uni et alteri qui tetigere digitum S. Ioan: et alios duos cum una lingua vel dente Domino Philippo Peregrini (13). Quaeso vestra R. a procuret ut ei reddantur. et me excuset quod eius benevolentiae quam mihi verbis et factis semper monstravit non melius respondeam. Tuae R. ae Sanctis Sacrificiis et orationibus plurimum commendo. Messinae 20 Ianuarii 1608.

T. R. ae in Christo servus

Christophorus Grienbergerus

129 post ubi: del. quae
 130 post mihi: del. ut
 131 suum: corr. ex su[...]
 132 post moraturum: del. fuisse
 133 meo: corr. ex R
 134 calente: sic, scil. callent

Frater D. Philippi est auditor P. Josephi Augustini (14)
qui¹³⁵ per quem si fuerit opus T. R. a poterit eum ad se vocare.

54v

R.do in Christo P.
Patri Christophoro Clavio
e Societate IESU.
Romae.

279

Giovanni Camillo Gloriosi (1) a Christoph Clavius in Roma
Venezia 8 febbraio 1608
APUG 530 cc. 116r-117v
Autografa

116r Molto Rev.do Padre

Questi giorni passati feci addimandare à V. P. due dubbii (2), cioè la solutione del problema di Adriano Romano, qual'egli propone à tutti gli Mathematici, nel principio del suo libro dell'Idee Mathematiche (3), e la interpretatione della Prop. 19 del supplemento della Geometria del Vieta (4), le quali cose si bene sono inutili, sono nondimeno degne da saperne da gli huomini della professione; in quanto al problema di Adriano lei dice che ci hà risposto il Vieta (5), procurerò farmelo venire di Parigi, si bene stimo più facile ad intendere la proposta dell'Adriano, che la risposta del Vieta, essendo questo huomo à mio giuditio il più oscuro di quanti ne habbiamo in questa professione; di più V. P. dice

135

qui: *del. proinde*

che la prop. 19 del Supplemento è inintelligibile, e che più volte l'hà vista, e che per la sua oscurità l'hà lasciata via, certamente è così, nondimeno mi ci sono posto un'altra volta per intenderla, e credo haverla intesa, la mando a V. P. acciò la veda, e l'ho esposta tutta con la resolutione dell'analogie (6), mi farà favore darmene aviso (7); Mi hà piaciuto assai in questa occasione darmi à conoscere à V. P. et offerirmegli per affettionato Servitore e devotissimo del valor suo, che certo quel poco ch'io sò in queste cose confesso haverlo imparato dalle sue opere, poiche per mia disavventura non hò potuto mai goder la dottissima conversatione di V. P. l'hò goduta sempre et honorata nelle sue vigilie, e così farò mentre ch'io vivo; si bene quando V. P. fù in Napoli la conoscei di vista, e la raggiunsi nel colleggio, à tempo che ivi leggeva Mathematica il Padre Figliucci sanese (8), e con tutti quei Padri c'hanno letto
116v appresso hò tenuto sempre // amicitia e conversatione, come ne può haver relatione dal Padre Staserio che legge adesso Matematica nel Colleggio di Napoli, mio amicissimo (9); Io P. Clavio mi vi offero con tutto il cuore, et desidero grandemente esser comandato da V. P. ovunque mi trovi, tra tanto le faccio reverenza e priego il Signore la conservi e felicità à beneficio universale de' virtuosi, di Venetia à 8 di febraro 1608.

Di V. P. m. Rev.da

Servitore aff.mo

Gio: Camillo Gloriosi

117v Al Molto Rev.do Padre,
e mio sempre oss.mo
il Padre Christoforo Clavio
Roma

Marino Ghetaldi a Christoph Clavius
 e Christoph Grienberger in Roma
 Ragusa 20 febbraio 1608
 APUG 534 cc. 75r-76v
 Autografa

75r Molto R.di Padri miei oss.mi

Dovevo prima dar conto a VV. RR. del mio ritorno da Costantinopoli (1) ma certo sono stato occupato grandemente che non ho potuto attender allo scrivere. diedi ordine a Venezia innanti che andassi a Costan<tinopo>li che quando saran stampate le mie opere (2) si mandino a VV. RR. alquanti esemplari, hora come sono tornato ho havuto aviso che vi sono stati mandati, haverei a caro di sentir il parer vostro perche sete dui lumi al mondo di questa scientia. desidero sopra ogni altra cosa di rivedervi perche haverei materia da ragionar con voi tre giorni continui, pero vi prego pigliate tanta fatica per me d'andar qualche volta a ricordar al Ill.mo S.r Cardinale Serafino per il mio negotio (3) che è l'ottener perdono che io possa tornar a Roma perchè m'ha scritto più volte che S. S. Ill.ma meterebbe mano d'accomodarlo. Al Sr Teodosio Rossi (4) ho mandato la procura quattro anni or sono ma è molto scarso nello scrivere e molto più nel ricordarlo al S.r Cardinale. sollicitatelo vi prego che s'adoperi piu caldamente in questo mio bisogno, et che lo ricordi anco al Sr Marchese di Riano (5) che sono certo mi favorira. Ho osservato diligentemente nel tempo di solstitio in quanti gradi di latitudine è situata Costantinopoli e la trovo in gradi 41 a punto e non come molti scrivono in 43. Ragugia trovo in gradi 42 e 35 (6) minuti, con che fine vi bacio a tutti e due le mani pregandovi da Dio ogni contento.

di Ragugia alli 20 di Febraro 1608.

Di VV. RR. Aff.mo Ser<vito>re

Marino Ghetaldi

76v Ai Molto Rev.di Padri
 Clavio e Griembergerio
 nel Colegio Romano.
 a Roma.

Christoph Clavius a Giovanni De Guevara (1)

Roma 15 marzo 1608

Edita come dedica in CLAVIUS:1608

Ill.mo et Excell.mo D. Don Ioanni De Guevara Duci Bovini
Regni Neapolitani Magno Seniscall. Christophorus Clavius e
Societate Iesu S. P. D.

Splendida sunt, et magnificis amplificata titulis, Dux
Excellentissime, quae de animorum nostrorum nobilitate, ac
praestantia circumferuntur: sed nullum profecto luculentius,
nullum, si natura spectes, ad utilitatem, vel ad voluptatem
iucundius, ab universitatis artifice mortales obtinere
beneficium; quam quod sibi bonarum artium, ac disciplinarum
ad rerum naturam pertinentium ornamenta comparare possunt.
Has inter facultates, quarum // praecipua laus in veri
vestigatione consistit, non postremae notae Mathematicas esse
is neget, qui nullum sibi putet esse cum veritate
commercium (2). Ex Mathematicis vero, quae quasi in patritias
distributae familias, aliae vero evasere, Arithmetica tanto
caeteris praestat, quanto eius natura syncerior¹³⁶, veritas
explicatior esse iudicatur. Quid enim illa vel ad ingenii
subtilitatem acutius, vel ad certitudinem firmiter excogitari
potest? quid est, quod Arithmetis, et illis quidem pauculis
notis, addendo, subtrahendo, multiplicando, dividendoque
numeros progressionum Geometricarum ab unitate incipientium
(quam artem patrio vocabulo Algebram Arabes nominarunt)
confici non possit? quoties huius disciplinae artificio
exterriti etiam acutiores ita sunt, ut nullum putarent
tacitum pectoris arcanum esse, quod numerorum iudicium
effugiat, fallat arithmeticorum ingenia. Huius in facultatis
sinum, tametsi semper, in hac extrema senectute mea quasi
contento cursu, tamquam in portum ita me recepi, ut in eius
placidissimo complexu omne imbecillae aetatis fastidium
levaverim, atque ob incredibilem eius varietatem,
voluptatemque molestias omnes temperaverim (3). Quamvis vero
// extiterint non pauci tum ex antiquis, tum ex
recentioribus, qui aliqua cum laude huius disciplinae
excoluerint cognitionem, operae tamen pretium fore iudicavi,
si quae illi obscure, implicate, confuse scripserunt,
aperirem ipse, enodarem, suis locis exacte digererem. Itaque

136

syncerior: sic, scil. sincerior

spissum sane, et densum opus, summique difficultatibus involutum sum senex aggressus, ut eorum utilitati consulerem, quorum ingenia, dummodo prius non leviter Arithmetiis sint regulis exercitata, absolutam Algebrae cognitionem affectant. Libellum itaque hunc, qua potui diligentia, conscripsi, quem iam improbae lucis iudicium subeuntem cuius potius clientelae committere, Dux Illustrissime, quam tuae, cuius generis amplissimi nobilitatem non longam¹³⁷ solum avorum series tot magnificis nobilitata monumentis (4), sed propria etiam laus omni virtutum genere spectabilis commendat? Accedit ad hoc incredibilis tua in me humanitas, qua me tunc adeo complexus es, cum te Romae, ac Illustrissimum Parentem tuum Innicum (5) alloquutus sum, qui praeclarissimo ad imitationem, admirationemque posteritatis exemplo, rebus omnibus humanis, honoribus, potentia, opibus, studio paupertatis // cum religiosa vitae conditione commutatis, eo velificavit, ubi ne levis quidem ambitiosae gloriolae aura animi fluctus commovente, ea consequi potest, quae nulla temporum volubilitate labefactantur. Quod si aliquid huic addendum est, hoc addam (mitto tua in me, ac Mathematicos omnes, tum benevolentiam, tum liberalitatem) quod nimirum hoc grati animi monumentum tua sibi vindicat in nostrum ordinem universum munificentia, qua Bovini ad adolescentium excolenda, qua ad pietatem, qua ad litterarum studia, ingenia, Collegium a fundamentis excitasti (6). Complectere igitur qua soles clementia ac humanitate tenue hoc munusculum, in quo si rei amplitudinem, ac praestantiam, certe animi voluntatem non desiderabis. Ipse vero eam tibi a Deo Optimo Maximo precabor foelicitatem¹³⁸, quae votis tuis, nostrisque ex omni parte respondeat.

Vale.

Romae Idibus Martii. M. DC. VIII.

137 longam: sic, scil. longa

138 foelicitatem,: sic, scil. felicitatem

Johann Reinhard Ziegler a Christoph Clavius in Roma
Mainz 13 aprile 1608
APUG 530 c. 251r-v
Autografa

251r R.de in Christo Pater
Pax Christi.

Scripsit ad me 7 Martii R. P. Odo Malcotius (1), spemque fecit epistolae a R. V. mox accipiendae, quae res, ut gratissima fuit, ita non parum me afflixit, quod morbo graviore afflictam R. V.am scripserit, quo tamen levare nonnihil gaudeo (2). Agebat de Typographo Germaniae nostrae, qui posset et vellet aliquot tomis excudere omnia R. V. opera. Ad hanc rem se offert Moguntinus typographus Ioannes Albinus, qui Geometriam practicam R.ae V.ae ante biennium recudit (3). Eius geometriae exemplar miseram ad Ill. Dominum Welserum, qui recepit se ad R.am V. missurum, quod factum spero (4). Itaque R. V.ra scribat, quid fieri velit, nam res est magni sumptus, et typographus cupit maturari opus. Conquiret¹³⁹ (ubi primum de re constiterit et de voluntate vestra) hominem sculpturae peritum, idque habet compendii, quod quamvis figuras in ligno non ineleganter ipsemet exsculpat. Verum opus erit, ut privilegium illi detur, ne quis alius eadem opera, saltem intra notabile tempus recudat, cum huiusmodi opera non ita caeleriter distrahantur.¹⁴⁰ de Caesareo privilegio nihil erit difficultatis, id enim hic facile curabitur. Quod si R. V. obtinere posset Regis Galliarum privilegium (5), res foret idonea satis, nam a gallis Typographus¹⁴¹ facilius patietur, qui in hoc genere facile audent aliquid tentare. Posset autem id credo per nostros in Gallia et Rex Christianissimus Societateque addictissimus Clavio id beneficii libenter annuet. De caetero cum primum constiterit voluntas R. V.¹⁴² mitti poterunt opera revisa, ad arbitrium R. V., sumptus transferendi refundet typographus noster, et ne quid sit difficultatis poterunt transferri Roma Mediolanum; inde huc per nostrorum Mercatorum Factores. (Si placet per factores Welserianos dirigere Augustam non improbarem nam Domino Welsero refundet typographus

139 *post conquiret: verbum quodd. del.*

140 *post distrahantur.: privile[gium] del.*

141 *typographus: corr. ex ille*

142 *post R. V.: di[...] del.*

omnes translationis impensas.) R. V. solum praescribat quid faciendum sit ad hunc finem. Erit et illud ad rem, ut R. V. dignetur typographum Ioannem Albinum epistola aliqua, qua eius operam commendet, quam talem esse velim, quae in fronte operis post dedicationem poni possit (6); qua et illud illi concederetur merito, ut quaecumque hactenus R. V. edidit eadem ipse non solum in integro opere, sed etiam postea, si ei videatur separatim possit excudere. Quo nomine optarem Algebram. R. ae V. ae mihi potius commissam fuisse, quam cuivis alteri, in germania recudendam, quin etiam expecto a R. V.¹⁴³ prima occasione illius exemplar (7). Ornabimus partus R. Vestrae. ego volente Deo rem¹⁴⁴ dirigam. Ubi accepero responsum R. Vestrae de operis forma, meditabimur tituli ornamentum in aere sculpendum, nisi placeat R. V. rae etiam hoc ipsum Romae delineatum transmittere, ut hic sculpatur ad mentem vestram (8). Si quid formarum est adhuc penes R. am quod usui esse posset, significet, quanti ponderis futura esset verisimiliter sarcinula talium formarum, et qua ratione haberi possint, praecipuus labor videtur futurus in figuris Astrolabii et Gnomonices (9), quicquid tamen sit, etiamsi hic omnes parandae sint, promptus est typographus. Coloniensi typographo dixi non permittendam algebrae impressionem, nisi ea Moguntiae fiat, quia Coloniam nec typi, nec elegantiae chartae nec operarum industria commendat (10). Faciat R. V. ut Albino fiat gratia, quia de R. V. operibus tam bene mereri studet. Scripseram alias R. V. de Ioanne Keplero eiusque dubitatiunculis quibusdam circa Solares Eclipses, si adhuc memoria rem tenet, et placet, gratum fecerit si intelligam, quid sentiat (11). Per R. P. Provincialem nostrum egeram, ut loco Purbachii, Magini Theoricae adolescentibus proponerentur (12); quid enim attinet hypotheses ad apparentias non congruentes frustra ingerere? Spero favisse R. am V. ram Interim eam Deo ex animo commendo. istud tamen addo, plurimum eam salutari a R. D. Adriano Romano (13); cuius hic cuditur liber in 4. o, de resolutione triangulorum sphaericorum et rectilineorum compendiose. Vale mi Pater et deum pro me ora. Moguntiae 13 Aprilis anno 1608.

R. ae V. servus in Christo

Ioannes Reinhardus Ziglerus Soc. Iesu

251v Reverendo Patri in Christo P.
Christophoro Clavio
Societatis Iesu Sacerdoti.
Romam.

¹⁴³ post R. V.: qua del.

¹⁴⁴ rem: interscr.

Marino Ghetaldi a Christoph Clavius in Roma
 Ragusa 20 maggio 1608
 APUG 530 cc. 106r-106bisv
 Autografa

106r Molto Rev.do Padre mio Oss.o

Viene costa padre Francesco (1) al quale ho dato cura che mi porti quel mio quadrato d'Ottone che è da V. R., ò qualche libro se non potra portar il quadrato. la prego glielo dia, con avisarmi della sua buona salute che certo desidero sentirne nuova. mentre che fui a Constantinopoli (2) procurai con ogni diligenza di trovar i conici d'Apollonio in arabo promettendo assai danari, ma non fu possibile, e sono sicuro che non sene trova con tutto che il Raimondi (3) se non m'inganno¹⁴⁵ mi dicesse che gli è stato detto che quivi sene trova uno. i giorni passati feci un spechio parabolico altra cosa che quello che feci costa. questo po squagliar al Sole non solam^{en}te il piombo ma anco l'argento, el medesimo acciaio degli spechi che è molto più difficile (4). se mi fusse concesso poter venir costa verrei volentieri à veder V. R. et il Padre Griembergerio, pero la prego à ricordarlo al Ill.mo S.r Card^{ina}l Serafino (5) et al S.r Teod^{osi}o Rossi (6) e quando V. R. mi favorisse con agiugner lei quattro parole bone l'havero obligo e per fine le bacio le mani pregandole da dio ogni bene.

di Ragugia alli 20 di Maggio 1608
 Di V. R. Aff.mo ser^{vito}re

Marino Ghetaldi

Non so se V. R. stampo la sua Geometria pratica (7). la prego m'avisi e se il Padre Griembergerio fini quei suoi profondi calcoli (8).

106
 bisv

Al Molto Rev.do Padre Cristofforo Clavio
 mio Padrone oss.o
 nel Colegio Romano
 a Roma

Se V. R. vol rispondere quanto prima et mandi la letera nella posta a gio Stefano (9)

¹⁴⁵ post m'inganno: del. che

Giovanni di Guevara a Christoph Clavius in Roma
 Napoli 2 giugno 1608
 APUG 529 c. 142r-143v
 Autografa

142r Molto Reverendo Padre

Hò sentito con piacere che V. R. habbia già mandata in luce l'Algebra (1) acciò ogn'uno possa godere il frutto delle virtù, e valor suo, qual non credo, che debba esser condannato un'altro, che nella dedicatione dell'opera meritando d'esser appoggiata a maggior puntello del mio, Tuttavia la ringratio di questa sua amorevol demonstratione verso di me, e l'assicuro che si come stimo poco, quanto ho fatto fin qui in comparatione del desiderio che tengo verso di lei, così sarò sempre più disposto in ogni altra occasione di suo honore, e serv<itio> che per tanto me l'offerò con tutto l'animo, e prego augumento della divina gratia Di Napoli a 2 di Giugno 1608

Di V. R. Ser<vito>re

Il Duca di Bovino

P. Cristofaro Clavio

143v Al Molto Reverendo Padre
 il P. Cristofaro Clavio
 della comp.a del Gesù.
 Roma

Johann Reinhard Ziegler a Christoph Clavius in Roma
Mainz 27 giugno 1608
APUG 529 c. 36r-v
Autografa

36r Pax Christi

R.de in Christo Pater. Ante 2.os¹⁴⁶ menses scripsi ad R. V. et ad R. P. Odonem Malcotium de operibus R.ae V.ae, quae volebat recudi hic in Germania (1). Interim avide responsum expectavi, quod quia non accipio, incipio suspicari, meas interdixisse literas. Quare quae tum scripseram hisce literis repetita vice committenda puto. Illudque unice rogo, ut R. V. quamprimum mihi respondeat. Itaque sciat R. V. Moguntinum typographum offerre suam operam, et expensas recudendi omnia vestrae R.ae opera Mathematica (2). Et quia aliud non putavit, quam per nostros PP. qui e Congregatione veniunt (3) omnia allatum iri, ideo iam dudum se ad hoc parare incepit. Algebrae R. V. exemplar accepi a R. P. Hasio mihi inscriptum, pro quo¹⁴⁷ immensas ago R. V. gratias, certe gratius nihil accidere potuit (4). Iam Francofurti curavit noster typographus incidi typos Cossicos. Et iam funduntur, ne quid postea sit impedimenti. Sed displicuerunt mihi characteres Cossici, qui sunt in exemplari Romano, maxime qui adhibentur in fractionibus, qui ita saepe sunt obscuri, aegre ut internoscantur. Itaque conatus sum efficere, ut nostrates fierent meliores, et spero futurum. habemus siquidem artifices in hoc genere valde egregios. De forma editionis, illud placuit, ut fieret in folio ea quantitate, qua alias hic recusa metaphysica R. Patris Franc. Suarez (5). Iniiit typographus rationem sumptuum necessariorum, et excurrit summa ad¹⁴⁸ sex florenorum millia; quare typographus suae indemnitati consultum cupit, per privilegia. et quidem de Caesareo non est difficultas. Sed si R. V. obtineret a Rege Christianissimo similem privilegium, plane consultum faceret opus, ne beneficium typographo, suum fiat detrimentum (6). Optarem etiam R. V. ad typographum scribere epistolam, quam operi praefigat (7). Et simul etiam dedicationem, nec enim

¹⁴⁶ 2.os: *corr. ex [...] et os interscr.*

¹⁴⁷ *post quo: immu del.*

¹⁴⁸ *post ad: 6[000 fl] del.*

dubito quin¹⁴⁹ totum illud corpus utiliter alicui dedicari possit, nisi malit esse contenta particularibus dedicationibus quae singulis partibus sunt praefixae (8). Scripseram etiam rationem mittendi eam videri commodissimam, si per Augustam mittantur, idque si placet adhibita opera Illustr. Domini Welseri, Typographus noster et illos sumptus paratus est praestare. R. V. statim rescribat quid sentiat; nam prout in hac re R. sua statuerit aliquid, ita res suas disponet typographus; quem cum tam sit benevolus aequum est benevole habere; ne illi eius benevolentia fraudi sit. Nam ante biduum mihi significavit, se iam chartam pro primis duobus tomis sufficientem comparasse. Et pro formis sculpendis plurimum ligni e piro conquisivisse. Excudit modo D. Adriani Romani Universalem rationem solvendi triangula sphaerica, quod opus cum absolutum fuerit destinabo R. V. exemplar (9). Interim R. V. valeat in Domingo, et ex me plurimum salutet R. P. Odonem. (10) R. V.¹⁵⁰ sanctissimis sacrificiis et orationibus me unice commendo. Moguntiae 27 Iunii anno 1608.

R. ae V. ae servus in Christo

Ioannes Reinhardus Ziglerus, Soc. Iesu.

36v Reverendo Patri in Christo
P. Christophoro Clavio
Societatis Iesu Sacerdoti.
Romam.

franca fin a Mantua¹⁵¹

149 post quin: quivis del.

150 post R. V.: me del.

151 franca ... Mantua: *alia manus scr.*

Giovanni Giacomo Staserio a Christoph Clavius in Roma
 Bovino (1) 26 luglio 1608
 APUG 529 cc. 104r-105v
 Autografa

104r Molto Rev.do in Christo Padre
 Pax Christi etc.

Da tre settimane sono scrissi a V. R. salutandola con mostrarle qualche desiderio di poterla servire in questi suoi bisogni (2), con questo non diro altro interno¹⁵² al med<esim>o mio desiderio, sapendo che basta haverglielo accennato. Voglio solo raccontarli una cosa che m'è occorsa da una settimana in qua. Uscendo sabato¹⁵³ passato la matina a caminare, veddi alla parte d'occidente una stella straordinariamente grande, maggiore di Venere et di qualunch'altra m'habbia mai visto. Tanto che mi pensai che fusse qualch'altra, come la nova di due anni sono (3). et questo tanto più mi pensai, quanto che essendo uscito il sole fuori dell'horizonte, per un pezzo la mirai se bene sminuita di mano in mano, sinche battendo il sole coi suoi raggi la cima del monte, verso dove andava a tramontare, non la potei più fissare con la vista. Ma poi mi sono avvisto che era Marte, il quale si va adesso accostando al perigeo dell'eccentrico et dell'epiciclo insieme, Ma in vero son
 104v restato stupito di tanta varietà di // grandezza, che si caggiona dall'eccentrico et epiciclo, et molto più dal vedere che comparisca¹⁵⁴ così chiaramente ancora uscito il sole, come di nuovo m'occorse la vigilia di S. Giacomo (4), quando stando il cielo sereno et senza nuvole, al med<esim>o modo col mio compagno la stettimo a vedere nel med<esim>o luoco, essendo uscito il sole fuori del'horizonte et battendo ancora con li suoi raggi la cima di quel monte verso dove tramontava, sinche sminuendosi pian piano, si fe tanto piccola che non comparve. Et la bella era che io col mio compagno, di quando in quando ci voltavamo a vedere il Sole, et poi subito a rivedere la stella. Questa cosa come che m'è parsa nova et meravigliosa ho voluto scriverla a V. R. si per farnele parte, come ancora per intendere se questa è cosa osservata da quelli che scrivono, in altre stelle. Del resto poi stò con desiderio aspettando la sua Algebra (5) la quale se bene intendo sia venuta in Napoli, nondimeno qui ancora
 105r non è comparsa ne comparirà se non con // due altre casse de

152 interno: *sic, scil..* intorno

153 sabato: *corr. ex vener[di]*

154 post comparisca: *ch[...] del.*

libri mandati dal P. Indico (6), le quali non si vedeno comparire dopo molte settimane che sappiamo essere arrivate. Saluto il f<rate>llo Lembo (7), et prego mi faccia carità scrivermi in nome di V. R. massime circa questo che in questa et nell'altra ho scritto. Mi faccia salutare ancora il P. Indico, et dicale che la 7.na seguente li mandarò il resto dell'Indice de libri di questo Collegio (8). Mi raccomandi al P. Mutio Assistente (9), quando lo vedrà, molto molto, et mi vergogno non haverli ancora scritto dopo che 'l Sig.re s'è degnato essercitarmi, se bene il tutto ho fatto per alcuni buoni rispetti, che almeno parevano così a me. Alli santi sacrificii et orationi di V. R. mi raccomando di cuore da Bovino li 26 di Luglio 1608.

Di V. R. Servo in Christo

Gio: Giac.o Staserio

105v Al molto Rev.do in Christo Padre
il P. Christoforo Clavio
della Comp.a di Giesù
Roma

287

Marino Ghetaldi a Christoph Clavius in Roma
Ragusa 13 Settembre 1608
APUG 530 cc. 109r-110v
Autografa

109r Molto R.do Padre mio Padron oss.o

A requisitione del S.re Car<dina>le Serafino (1) S. S.ta m'ha fatto la gratia della pena in che ero caduto per il mio fallo riservandomi pero l'essilio dello stato Ecclesiastico, il che spero che ancor questo mi sara levato (2). ringratio V. R. perche conosco che il suo aiuto m'ha giovato assai, la prego ad aiutarmi ancora in questo resto del essilio perche grandemente desidero poter venir costa per ragionar con lei qualche volta una meza hora in quella cameretta (3). ho visto con piacer grande la sua Algebra (4) tessuta con ordine come sono tutte le sue opere abundantissima poi delle questioni, e se io fussi stato costa non sarebbe potuta uscir per questo piu perfetta se non qualche poco nelle equationi, che non è

cosa di grande essenza nelle operationi humane compreso anco
la Geometria bastano quelle fina il quadrato, nel segar poi
gl'angoli in tre parti equali o in cinque sono necessarie
quelle del Cubo e d'altri nomi superiori che poche volte
habiamo bisogno trattar simili materie se non nella fabrica
dei sini (5). non ho visto ancora la sua Geometria pratica se
le avanza un esemplare l'haverei a caro e le bacio le mani.
di Ragugia alli 13 di 7bre 1608

Di V. R.a Aff.mo ser<vito>re

Marino Ghetaldi

110v Al Molto R.do Padre Cristoforo Clavio
mio Padrone oss.o
a Roma

288

Ludovico Barbavara (1) a Christoph Clavius in Roma
Milano 16 Settembre 1608
APUG 529 cc. 186r-186v
Autografa

186r Admodum R. Patri Dominoque suo Col.mo Christophoro
Clavio, Ludovicus Barbavara Mediolanensis Ecclesiae
Canonicus. S. P. D.

Ne mireris, vir doctissime, si ab eo litteras accipies,
qui nulla tecum familiaritate sit coniunctus, quin etiam de
nomine prorsus ignotus; ea enim est praeclari nominis tui
apud omnes, ob admirabilem virtutum tuarum magnitudinem,
existimatio, omnium ut animi ad te studiose complectendum
facile concitentur. Equidem, ex quo aureum illum tuum
libellum contemplari caepi, quem de horologiorum nova
descriptione conscriptum typis mandasti (2), ita eius, cum
facilitatem, tum subtilitatem, sum admiratus, ut continuo
benevolentiae tuae fores ingrediendi desiderio exarserim;
Quod officium ad hanc usque diem inani quodem¹⁵⁵ timore ductus
praetermisi, ne id mihi arrogare viderer, quod summis tantum

¹⁵⁵ quodem: sic, scil. quodam

viris, atque iisdem, quibus ipse excellis, facultatibus egregie excultis concedendum putabam. At qualis ego sim, qui licet mathematicarum rerum sim studiosus, et in iis contemplandis non mediocrem capere voluptatem consueverim¹⁵⁶, infantulus tamen¹⁵⁷ veluti litteraria¹⁵⁸, ita ego Euclidiana ignorem elementa? Abieci tandem timorem omnem tua singulari fretus humanitate, atque hoc meae erga te voluntatis et observantiae quaecunque testimonium exarare non sum veritus, quod ut aequi bonique consulas etiam atque etiam rogo. Subiicio etiam limatissimo examini tuo, inventa (3) quaedam mathematica, quae mihi librorum tuorum lectio suppeditavit iuvante etiam ingenio meo suapte natura in id propenso; ea ad te mitto, tu illa suscipias velim quasi laborum tuorum usuram quandam; si comprobata redierint digito caelum me attingisse putabo. Deus optimus maximus Urbi et Orbi te diu servet incolumem. Vale. Mediolani¹⁵⁹. XVI Kal. Octobris MDC.VIII.

186v Ludovicus Barbavara¹⁶⁰

289

Johan Hartmann Beyer (1) a Christoph Clavius in Roma
Frankfurt 30 Settembre 1608 (2)
APUG 530 c. 119r-119v
Autografa

119r S. P. a Iehova trino et uno (3). Problema de circulo quadrando, Reverende D. P. Christophore, a plurimis quidem hactenus tractatum est, in eoque argumento omnium fere aetatum mathematici, iique praestantissimi desudarunt: Hippocrates Chius, Bryso, Antipho, Archimedes, Apollonius, Boëtius, Campanus, Cusanus, Regiomontanus, Finaeus, Scaliger, Reymarus Dithmarsus, etc: (4) sed metam attingere, hoc est, figuram rectilineam, circulari areae aequalem, describere, et geometricae, *ανευ πσευδογραφυματων*, demonstrare, nemini adhuc li-

156 consueverim: *corr. ex* consuevaerim

157 tamen: *interscr.*

158 litteraria: *corr. ex* litteris

159 Mediolani: *corr. ex* Mediolane

160 Ludovicus Barbavara: *alia manus scripsit*

cuit. Iam vero Medicus quidam nostra in vicinia, Carolus Hugelius, Heydelbergensis, Cruenenaci medicinam faciens (5), a se expeditum illud ipsum problema, 13/23 die Septembris ad me misit. Cum igitur veris nitatur fundamentis, et pulcherrime, plane, ac admodum facili apodeixi hocce tractet negotium: Reverendam T. Dignitatem (cuius et praesentia delectatus fui Romae Anno Christi 1588 (6), et libris variis mathematicis plurimum adiutus.) tanto etiam bono, et pretioso raroque thesauro, beare volui. Describere autem festinanter et compendiose omnia coactus iam sum: ob multa, quibus potissimum mercatu nostro obruor, negotia, in visitandis aegrotis, et prescribendis consiliis medicis. Quaeso, Vir Clarissime, si acri tuo iudicio rem examinaveris; paucis mentem tuam aperire mihi, tuo discipulo ac clienti, ne dedignare. Commodè literulas mittes Moguntiam, ad Reverendum P. Zieglerum, vestri ordinis; vel ad ipsum Reverendissimum Archiepiscopum Moguntinum, Electorem (7), Dominum meum clementissimum. Equidem in hoc artium genere quo mirifice delector, me exercere soleo, quantum per occupationes licet. ante quinquennium Stereometrica quaedam, sed immatura, foras dedi (8): quae pluribus locis correctae et auctae, primis exemplis distractis, denuo praelo committam. In iis etiam circuli dimensionem studiose expendere opus habui: ubi Hippocratis acumen in quadranda lunula singulare perspexi. Huius viri insistens vestigiis Hugelius, feliciter rem confecisse videtur: dum arduam illam, hucusque omnibus, imo quibusdam visam impossibilem quadraturam, nunc planam valde ac dilucidam exhibuit. Propensi in te animi mei, et gratitudinis debitae signum, hoc volo sit epistolium, τον τετραγωνισμον recens in hac mundi senecta a Germano homine inventum, tibi, Viro μαλίσ[τα] γεομετρειωτι, ac Seni benemerito, amice nuntians. Boni autem uti consulas, et in suorum me discipulorum atque amicorum numero habeas, etiam atque etiam rogo. Numen te nobis diu superstitem faxit, voveo calide. Vale, Vir Clarissime, et Salve. Francofurti ad Moenum: 20/30 7bris 1608.


Reverendae Dominationis T. Studiosissimus

Johannes hartmannus Beyer,
Medicus Domini Electoris Moguntini,
et Reip. Francofurdensis.

119v Reverendo et Clarissimo Viro,
P. Christophoro Clavio, Bambergensi,
Societatis Iesu Theologo, Mathematico illustri
Domino suo plurimum observando.
Romam.
Ioan: Hartmannus Beyerus¹⁶¹

¹⁶¹ Ioannes ... Beyerus: alia manus scripsit

119bis
recto



VIII Triang. rectilineum KDL, constans seg-
mento KD, et triang. mistilineo KDL. quod
æquale est duobus segmentis CK, et KD. se-
mel sumptis. Si igitur a rectilineo triangulo
KDL, abiciatur segmentum KD, relinquetur
triang. mistilineum KDL, segmento CK
æquale. quod erat demonstrandum

VIII Triangulum rectilineum KDL, constans segmento KD, et triangulo mistilineo KDL, quemadmodum æquale est duobus segmentis CK, et KD, semel sumptis. Si igitur a rectilineo triangulo KDL, abiciatur segmentum KD, relinquetur triangulum mistilineum KDL, segmento CK æquale. quod erat demonstrandum.

Johannes Hartmann Beyer a Christoph Clavius in Roma
 Frankfurt 7 ottobre 1608 (1)
 APUG 529 c. 189bis r-v
 Autografa

189bis

recto

S. P. Tumultuarie rem intuentes nec exercitati, Reverende Domine P. Christophore, de rebus difficilibus incerta, imo saepenumero falsa faciunt iudicia. Idem mihi superioribus contigit diebus: quando D. Carolus Hugelius τετραγωνισμον a se inventum scil. ac firmis rationibus demonstratum, ad me misit (2). Irretitus tenebar tunc, ut fieri solet mercatu nostro, variis admodum occupationibus: quae vix cibos sumere permittebant. Rei tantae novae motus dignitate, et ampullis verborum προσ ολιγου εμβλειψω, (quod in suae aetatis philosophis quibusdam Aristoteles reprehendit.) triumphum Hugelio canebam ante victoriam. Primo enim intuito non animadvertēbam, ipsum citra ullam αποδειξιν adsumere, triangulum mistilineum (in diagrammate nuper transmissio) CDH, triangulo rectilineo IDA aequari. Corruit ergo omnis ipsius structura: etiamnum meum gaudium, quod Dignitati tuae Reverendae ante paucos dies commune facere volebam. Quaeso autem, Vir Clarissime, ne praecipitantiam illam, quam desiderium et amor harum disciplinarum, in turbis negotiorum variorum, mihi attulerunt, nullam [mere]ri veniam putes: praesentibus enim per quos mittere litt[eras] possem, festinare tunc volui. Interim vale, magne Doctor mathematicarum et si tantum est otii, siquidem me tuis humanissimis literulis dignari volueris, quid de Computo Ecclesiastico Germani sentias responde (3). Quadraturam autem Hugelii Vulcano tu [...] per Quadratricem [...], qua et ego contentus ero. Vale denuo: et mihi in animo ac oculis, te tuosque libros praeclaros censerī, crede. Francofurtii 27 Septemb./7 Octob. An. 1608.

E. T. studiosus

Johannes hartmannus Beyer:
 Reverendiss. Domini Electoris Moguntini
 et reip. Francofurtens. Medicus

189bis

verso

Reverendo et Clarissimo Viro
 Domino P. Christophoro Clavio Bambergensi
 Societatis Iesu Theologo,
 Mathematicarum lumini:
 Domino suo colendo.
 Romam

Mark Welser a Christoph Clavius in Roma
 Augsburg 10 ottobre 1608
 APUG 529 cc. 69r-69v
 Autografa

69r Molto Rev.do s.or P. oss.mo

Sono stato ricercato da un mio caro amico di mandare a V. R. l'inclusa l'ette>rina, nella quale mi dice contenersi un'ineestimabil thesoro, Cioè la quadratura del circolo dimostrata (1). Io non so se a questa promessa debbo prestare più fede di quello sono solito fare alli Alchimisti, che ogni giorno ci vogliono arricchire, et in fine falliscono, Pure non ho voluto mancare di servir l'amico, a far a V. R.za cosa grata, come credo, non le dovendo esser discaro di veder nove invent<ion>i in questo genere, ancora che vane riescano. Se le piacerà risponder, potrà dar la l'etter>a al S.or D.or Fabri (2), Et io riputarò favore se con una sola parola di ben o male mi dirà cio che le par di questo trovato. Il S.or Fabri mi avisa che l'opera di V. R.za contra lo Scaligero (3) resta finita, et io gli ho scritto che non tardi a mandarla. Con che le baccio la mano, Et mi raccom<an>do alle sue s.te orationi. Iddio le conceda ogni bene. Di Augusta a' 10. di 8bre 1608.

Di V. P.ta molto R.da
 Aff.mo servitore

Marco Velseri

69v Al mto R.do s.or mio oss.mo
 il s.or P. Christoffano Clavio
 della compagnia di Giesù.
 Roma.

Quadratura circuli Caroli Hugelii medici Electoris
 Moguntini¹⁶² (4)

¹⁶² Quadratura ... Moguntini: *scr. Clavius*

Johann Ziegler a Christoph Clavius in Roma
 Rieneck [autunno 1608] (1)
 APUG 529 cc. 35r-v
 Autografa

35r Pax Christi.
 R.de in Christo Pater.

Accepi R. V. literas in principio Septembris, quibus scribebat de editione suorum operum (2). Sed sub idem tempus a Collegio abesse coactus sum propter quaedam negotia, quae etiamnum me detinent peregre. quare breviter ex itinere scribo ut R. V. constet quid faciendum¹⁶³ sit. Sciat itaque nostrum Typographum etiamnum paratum esse ut edat R. V. ae opera omnia, quacumque forma quam praescripserit: et quidem in eum finem iam paravit characteres Cossicos et multa alia, ita ut valde doluerim cum audirem, scribente R.do P.re Malcotio, Gabiniano¹⁶⁴ Lugdunensi operis editionem commissam (3). Algebram R. V. ae iam caeperat typographus, quia nisi hoc fiat edent in Germania alii cum magno ipsius danno. Inhibebit tamen cursum dum R. V. mittat correctiones, tum Algebrae tum Arithmeticae ut scripsit (4). De caetero mittat quaeso R. V. unde initium fiat, nam, secundum hoc operas in futuram hyemem conducet typographus cuius nomine R. V. plurimum saluto. Datae in Rineck¹⁶⁵ oppido Reverendissimi Episcopi Moguntini. Vale mi Pater et R. P. Malcotium ex me saluta, ac pro me peccatore Deum ora.

R. V. servus in Christo.
 Ioannes Reinhardus Ziglerus Soc. Iesu.

35v Reverendo in Christo Patri,
 P. Christophoro Clavio
 Societatis Iesu Sacerdoti
 Romam.

¹⁶³ post faciendum: sciat del.

¹⁶⁴ Gabiniano: corr. ex ty[pographus]

¹⁶⁵ Rineck: corr. ex Mo[guntia]

Christoph Clavius a Johann Hartmann Beyer in Frankfurt
 Roma 1 novembre 1608
 Frankfurt am Main, Stadt- und Universitätsbibliothek
 Ms. Ff. J.H. Beyer A 22-23, 34r-v.
 Autografa

34r Magnifice D<omin>e mihi colen<de>

Ecce mitto tibi quadraturam D<omin>i Caroli Hugelii (1), una cum mea censura, ut volebas. Confer censuram cum quadratura, et perspicue cernes, qua in re quadratura deficiat. Neque opus est pluribus verbis. Libenter viderem tua Stereometrica (2). Rem gratam mihi facies, si unum exemplar ad me mittes. Itaque quadratura adhuc delitescit. Necque ad hunc usque diem non vidi praecisiosem ea, quae per quadratricem lineam absolvitur, ut videre est ad finem Lib. 6. mei Euclidis, et in Libro 7. meae Geometriae practicae (3). Vale in Christo mi Ioannes, et ora pro me. Roma die 1. Novembris anni 1608.

Tibi addictissimus in D<omin>o

Christophorus Clavius.

34v Magnifico D<omin>o Ioanni Hartmanno
 medico Ill.mi Electoris Moguntini.
 Moguntiae.

commendata R.P. Ziegler
 Soc. Iesu in coll<egi>o Moguntino (4)

praesentata 27 Nov. vel 7 Decemb. [...] 1608

[...] 7 decembris 1608. P. Christophorus Clavius, Soc. Iesu.
 Romae: de Hugeliana quadratura, quam confutat.¹⁶⁶

¹⁶⁶ praesentata 27 Nov. ... quam confutat: *scripsit Beyer*

Johannes Brengger (1) a [Mark Welser]
 Kauffbürn 2 novembre 1608
 APUG 529 cc. 199r-202v
 Copia

199r S. Gratissimum mihi fecisti Clariss. atque Amplissime vir (2), quod Algebram Clavii iam dudum ab authore promissam nunc vero recens editam (3), inspiciendam mihi misisti: nam a multis annis eius videndi desiderio flagravi. Quando igitur tuo beneficio voti mei compos sum factus, est quod agam tibi gratias.

Quod ad Algebrae artem attinet, est illa ut elegantissima et amplissima: ita quoque acutissima et ardua: quae supponit solidam Arithmeticae reliquae et Geometriae cognitionem, quibus quanto quis fuerit instructor et exercitior, tanto est in solutione quaestionum cossicarum felicior et perfectior: quod ipse Clavius tum alibi innuit, tum imprimis pag. 5. et in scholio Aenigmatis 58. cap. 31. pag. 344. Accedit Algorithmorum varietas et perplexitas, ac regularum infinita multitudo, qua quidam (etiam Arithmeticae et Geometriae non prorsus ignari) deterrentur quominus animum ad Algebram discendam adiiciant. His egregie succurrit author hic, qui omnia quae ab aliis sparsim traduntur, hoc volumine in unum contraxit, ordine concinno digessit, praeceptis non adeo multis, iisque perspicuis tradidit, Demonstrationibus adiectis confirmavit, et examinationibus seu probationibus ubique subiectis ita explicavit et illustravit, ut quilibet vel mediocri ingenio praeditus facile hanc doctrinam sit percepturus, modo Arithmeticae et Geometriae imperitus non accesserit.

Verum hoc miror, cur regulam Algebrae, quam pag. 36. proponit, aliquoties cap. 8. et 13. vocet suam, cum eadem iamdudum anno 1543. a Michaele Stifelio prodita sit, lib. 3. suae Arithmeticae cap. 1. aliis quidem verbis, sed re ipsa nihil differens (4). Nam sicut Clavius ita ille quoque quatuor constituit huius regulae partes, duas quidem essentielles scilicet Inventionem aequationis et Divisionem: (quas Clavius necessarias vocat) et duas accidentales (Clavio non necessarias) puta reductionem et extractionem. Ille est, qui octo regulas cossicas Christophori Rudolff contraxit in unam ut ipse testatur cap. 4. et 6. libri citati, et ideo iure sibi vendicat hanc regulam, eamque vocat suam, et addit, si cui displicet ISTA MEA REDUCTIO, ille sit bonus socius et ponat tot regulas quot res ipsa requiritur.

De numeris fictis, qui minores sunt quam nihil, agit Clavius cap. 6. Stifelius eorundem mentionem facit cap. 5.

lib. 3. suae Arithmeticae (5). Hic non immerito quis miretur, cum ex nihilo nihil fiat, quomodo ex eo quod minus est quam nihil, aliquid fieri possit: et tamen revera ita est. Esto enim numerus talis 4 - 6. hoc est quaternarius senario multatus, qui quidem binario minor est quam nihil: hic numerus in se multiplicatus parit 52 - 48. hoc est 4. Fit ergo multiplicatione aliquid ex eo quod minus est quam nihil: at ex nihilo nihil fieri potest quomodocunque // 199v multiplicetur.

Pag. 34. et 35. Compendium egregium proponitur additionis et subtractionis, per regula proportionum quae alias non nisi magno labore perficeretur (6). Huius usus non tantum pertinet ad numeros cossicos, sed etiam ad alios quosvis sive fractos, sive integros. V. g. Esto propositus numerus fractus $11/13$ qui sit augendus sui parte septima: sumo $1/7$ eique addo 1. integrum et efficio $8/7$ iam procedo per regulam detri¹⁶⁷ 1. dat $8/7$: quid dabunt $11/13$, et sic elicio $88/91$ numerum quaesitum auctum. Sit idem numerus $11/13$ minuendus sui parte septima: aufero $1/7$ ex 1. integro relinquuntur $6/7$. Iam sic ratiocinor, ut 1. ad $6/7$: ita $11/13$ ad $66/91$ numerum petitum diminutum.

Extractio radicum ex numeris cossicis compositis, quae pag. 50. proponitur, et ipsa Stifelii est. Is cap. 4. lib. 3. suae Arithmet (7). memoriae gratia excogitavit vocem AMASIAS, operationum extractionis ordinem monstratem. Nam A accipiendum dimidium numeri radicum monet. M. multiplicare illud iubet quadrate. A. et S. vel addendum vel subtrahendum ei esse numerum absolutum innuit. I. investigandum ex aggregato vel residuo radicem quadratam: eamque tandem dimidio numeri radicum addendam vel subtrahendam esse docet A. et S. Eximium hoc est memoriae subsidium, quod a Clavio omissum miror. Neque enim hoc ignorasse putandus¹⁶⁸ est, quia in scholio primae definitionis decimi libri Euclidis, tum Stifelii quem nobilem vocat Arithmeticum, tum eius Arithmeticae mentionem facit (8).

Quod autem pag. 49. Clavius de extractione radicum ex numeris cossicis inordinatis (scilicet quorum exponentes ordinem Arithmeticae progressionis non servant) scribit, eius rei nondum inventam esse artem: fallitur. Nam et Ioannes Jungius Silesius modum quendam excogitavit, satis commodum licet coniecturalem (9). Et Franciscus Vieta solidam et Apodicticam viam eamque universalem nobis monstravit, radices extrahendi artificiose ex omnis generis numeris cossicis, tam ordinatis quam inordinatis. Cuius artificii vietani mentionem quidem facit Clavius, sed addit, id sibi nondum videre licuisse: quod certe doleo, nam si ante publicationem suae Algebrae id videre potuisset, non dubito quin et approbasset,

¹⁶⁷ detri: sic. *Intellige* trium

¹⁶⁸ putandus: sic, *scil.* putandum

et operi suo inseruisset, atque ita in usum publicum introduxisset, fortasse pro suo ingenio locupletasset etiam, aut exemplis illustrasset atque exornasset (10).

Pag. 75. linea 31. et 32. error irrepsit contra mentem
200r authoris: scripsit enim // 5. cubos secundae radice facere
1080. Hic numerus ibi bis ponitur et toties delendus est, ac
in eius locum substituendus 135 (11). Sumpto enim valore 1 \mathcal{H} .
3. erit 1 \mathcal{J} . 27. et 5 cubi erunt 135 non 1080: Est hoc
sphalma graphicum et leve. At quod sequitur, linea 33,
gravius est, nec dissimulandum, quando ex multiplicatione 3AZ
in 4B \mathcal{J} . ait fieri 12AB \mathcal{B} . Hoc omnino falsum est, sed fiunt
12AZB \mathcal{J} . hoc est 12AZ multiplicati in 1B \mathcal{J} . sive quod idem est
1AZ in 12B \mathcal{J} . Deceptus fuit author, ex eo quod utrique radici
tam 1A. quam 1B. dedit valorem eundem 3. At meminisse
oportuit sic non duas sed unam tantum propositam esse radicem
secundam, quae non diversis characteribus sed eadem litera A
notari debuisset, sic enim verum est quod ex 3AZ in 4A \mathcal{J}
ductis procreentur 12A \mathcal{B} . Sed age sumamus nos radices duas
diversas, et quidem 1 A ponamus 3: et 1 B. 4. Erit 1AZ 9, et
3AZ 27. Deinde 1B \mathcal{J} est 64 et 4B \mathcal{J} 256. Quod si 3AZ ducantur in
4B \mathcal{J} . hoc est 27. in 256. resultat numerus 6912, quem dico
esse 12AZB \mathcal{J} : si enim 12AZ ducantur in 1B \mathcal{J} hoc est 108 in 64,
proveniet dictus numerus 6912: qui etiam producitur ex
multiplicatione 1AZ in 12B \mathcal{J} hoc est 9 in 768. Quod autem ex
3AZ in 4B \mathcal{J} . non proveniant 12AB \mathcal{B} ut voluit author, ex eo
constabit si 12A ducamus in 1B \mathcal{B} . hoc est, 36 in 1024, vel
quod idem est 1A in 12B \mathcal{B} hoc est 3. in 12288: sic enim
producemus numerum 36864. qui est AB \mathcal{B} ¹⁶⁹, At hic longe maior
est eo quem supra multiplicatio 3AZ in 4B \mathcal{J} prodidit, puta
6912. Est igitur falsum hoc exemplum et correctione indiget,
tum loco citato pag. 75, tum etiam supra pag. 73. lin.
36 (12).

Qua ratione cognosci possint numeri quadrati et cubici,
regulae aliquot proponuntur pag. 99. in scholio, et elegantes
et utiles. Latet tamen et hic error in secunda regula
dignotionis¹⁷⁰ numerorum cubicorum, quae sic habet. Numerus
cuius ultima figura est 2. vel 4. vel 8. si proxime
antecedens figura non sit par, vel 0, non potest esse cubus.
Etsi autem haec regula, de numeris cubicis, finientibus in 4.
vel 8. sit vera, quia hi semper habent antecedentem parem ut
2744. 13824. 1728. 10648: at de finali binario fallit,
siquidem numeri cubici qui finiunt in 2 vel 6, necessario
antecedentem habent figuram impari ut 512. 5832. 216. 4096.
Verum hic error non est Clavii, sed Raphaelis Bombelli, qui
suae Algebrae Italicae has regulas ita inseruit, quas ille
videtur inde excerpisse et huc transtulisse (13).

Pag. 112. et 113. Divisio irrationalium numerorum per

¹⁶⁹ AB \mathcal{B} : sic, scil. 12AB \mathcal{B}

¹⁷⁰ dignotionis, dignotionem: sic

trinomium et quatinomium (vulgo sic dictum) eleganter docetur, et magis perspicue quam apud alios, qui fere per solum binomium (ut vocant) docent multiplicare et dividere irrationales numeros. Bombellus addit etiam Trinomium, sed obscurior est, si cum Clavio conferatur (14). //

200v Pag. 138. Declarat ex sententia Euclidis quid sit binomium verum, et ostendit numeros illos compositos, qui vulgo a scriptoribus Algebrae sic appellantur, non esse vera binomia. Deinde sequentibus paginis Binomiorum genera eorumque inventionem et dignotionem¹⁷¹ persequitur, eaque longe clarius explicat, quam vel Stifelius vel alii. Schema tamen quod lineas binomiales omnes circulo inscriptas exhibet. pag. 146. ex Stifellii Arithmetica huc traslatum est (15).

Aenigmata quae a capite 29. inclusive ad calcem usque libri proponuntur copiosissima, plurimum conferunt ad hanc artem discendam, et usum praeceptorum in algorithmis traditorum recte percipiendum. His Tyrones veluti manu ducuntur ad praxim Algebrae, et ii qui in Euclide versati non sunt, ita informantur, ut non prorsus *αγεωμετριτοι* hinc recedant: si quidem in his passim propositiones Euclidae illae sc<ilicet> quarum usus frequens est in Algebra, citantur et explicantur, nec non ad praxim accommodantur, ut earum noticiam et usum facili negotio apprehendere quilibet possit. Sunt haec Aenigmata ex variis scriptis congesta, quorum quae per numeros abstractos proponuntur multa ex Diophanti Alexandrini Arithmetica (ubi me quaedam vidisse memini) huc transcripta sunt (16).

Finem faciam ubi unum adhuc attigero, non praetereundum, quod in solutione Aenigmatis 14. cap. 32. nobis occurrit et considerationem requirit. Nam pag. 368. linea 17. huius numeri $75 + \sqrt{1125}$ in se ducti quadratum ponitur $6750 - \sqrt{25312500}$. sc: cum signo - contra regulam multiplicationis supra pag. 25. positam, quae signum + interponere iubet. Deinde eadem pag. 368, lin. 35, ad subtractionem $75 + \sqrt{1125}$ ex $\sqrt{28125} - 75$, ponitur residuum $\sqrt{40500} - 150$, et ipsum contra regulam subtractionis pag. 20 positam, secundum quam relinqui debebat residuum $\sqrt{18000} - 150$. Non latuit hoc authorem, quod in regulas illas peccaverit, ideoque se in scholio sequenti purgare conatur, et causam computi huius irregularis, reiicit in signum - quod praecedat numerum $-75 + \sqrt{1125}$. At (quod eius pace dictum volo) *κρεσφυγετον* est hoc, et fundamento caret; nam signum illud vim nullam habet algorithmi regulas evertendi: aut si habet, cur author supra in tractatione algorithmorum regulas illas fecit universales? cur ibi exceptionum harum mentionem non fecit? Cur in hoc solo exemplo regulae illae luxantur, in aliis ubi etiam hoc signum - praecedat, non item? Coacta igitur haec est solutio, et ad arbitrium instituta, ita ut

¹⁷¹ dignotionem: sic

tandem numeri optati resultarent. Opus fuit autem a communi regularum via declinare, propter errorem supra in reductione aequationis commissum, qui alia ratione non potuit restitui. Nam cum aequationem invenisset author inter $1Z + 150H - \sqrt{4500Z}$: et $27000 - \sqrt{405000000}$ non animadvertit // 201r numerum radicem $150H - \sqrt{4500Z}$ esse compositum, et eius partes in subtractione ex $27000 - \sqrt{405000000}$, non esse seiungendas sed coniunctim detrahendas; ille vero partes illas ceu numeros simplices et separatos accepit, quorum alterum per signum - subtraxit, alterum per signum + addidit atque ita Residuum fecit $27000 - \sqrt{405000000} - 150H + \sqrt{4500Z}$, in quo peccavit, debuisset enim producere residuum tale $(27000 - \sqrt{405000000}^{172}) - (150H - \sqrt{4500Z})$ quod ex duobus constaret compositis: (Numerum compositum voco quicumque simplici opponitur sc<ilicet> qui ex duabus vel pluribus partibus signis + vel - inter se connexis constat: et eiusmodi numeros compositos parenthesi includo vitandae ambiguitatis causa, et ut a simplicibus non compositis discerni possint) id si fecisset, potuisset deinde rite progredi, nec opus habuisset ab Algorithmi tramite deflectere: quia dimidium numeri radicem sese obtulisset $75 - \sqrt{1125}$. quod de se parit. quadratum optatum $6750 - \sqrt{25312500}$. Hoc vero adiectum ad numerum absolutum $27000 - \sqrt{405000000}$ efficit summam $33750 - \sqrt{632812500}$ Cuius aggregati radix quadrata est $\sqrt{28125} - 75$. Ex hac denique auferendum venit dimidium numeri radicem $75 - \sqrt{1125}$. et sic tandem se prodit valor unius radicis $\sqrt{40500} - 150$ (17).

Scio Clavium hic non ex ignorantia sed per incogitantiam, ut properantibus fere accidere solet, lapsum esse: quod testatur solutio Aenigmatis proxime praecedentis, ubi legitime peracta est numeri compositi subtractio (18). Velim tamen ut de hoc errore, atque etiam de eo, quem supra pag. 75 irrepsisse dixi, admoneretur, saltem ut si forte recudi curaverit olim hunc librum, illos corrigere possit.

Haec sunt Amplissime vir, de quibus tecum ex hoc libro conferre visum est; si vero aliud quid a me expectas, de eo me mone, non enim patiar, ut quicquid mea opera tibi praestare possit, desideres.

Errata typographica quae inter legendum mihi occurrerunt, emendavi, quod te non aegre laturum opinor.

Haec iam antea scripseram et eram finem impositurus literis, cum aliae a te ad me perferuntur, quibus incluseras novam circuli quadraturam (19). Eam laetus statim percurri, et prae aviditate tantum non devoravi. Visus est mihi inter initia Mathematicus ille, quisquis sit probabilia tradere, at postquam diligentius singula expendi, animadverti, plus esse in conclusione quam in praemissis. Circa finem enim ab illo

¹⁷² $\sqrt{405000000}$: corr. ex $\sqrt{405}$ et interscr. 000000

assumuntur nonnulla quae prius non demonstravit ut proinde ista quadratura non sit adeo certa ut sibi persuasit author.//

201v Demonstrationem totam sex capitibus comprehendit, numeris ad marginem positis inter se distinctis. Quorum priora tria recte se habent: Nam et semisegmentum IDA. aequale est segmento CD et triangulum mistum CDI aequale est triangulo misto CDH. Et semilunula ICD aequalis est triangulo rectilineo CDA.

At in quarto capite, quando post permutationem tum segmentorum CK et KD, tum segmenti ID. asserit, iam curvilinea omnia transmutata esse in rectilinea aequalia

Hic latet anguis in herba.

Proponit ibi tres aequationes, quas omnes assumit pro demonstratis, cum tamen una saltem demonstrata sit, reliqua non sint.

1. 1. Semilunulam ICD, aequalem facit Trapezio ICKD. hoc verum est et recte demonstratur: nam quantum ei in CK. KD. decedit, tantum eidem in ID. accedit.
2. 2. Semisegmento IDA aequalem facit figuram rectilineam CKDH.
3. 3. Triangulum mixtilineum CDH. aequiparat rectilineo triangulo IDA: quorum utrumque demonstratione eget, neutrum enim ex iis, quae antea demonstrata sunt, extrui potest. Si quidem triangulum mixtilineum CDH. aequale esset triangulo rectilineo IDA, iam absoluta esset demonstratio et quadratura inventa. At supra cap. 2. non hoc demonstratum est, sed aliud, nimirum mixtilineum CDH aequale esse triangulo itidem mistilineo CDI: differt a mistilineum hoc CDI, a rectilineo IDA.

Reliqua quae capite 5. et 6. inferuntur, quia supponunt et pro fundamento assumunt dictas duas hypotheses iam repudiatas, ideo nec ipsa fidem ullam merentur, sed sponte corruunt, et secum totam hanc quadraturam rapiunt et evertunt. Novas igitur vires intendat author si libet, ut nobis comprobet aequalitatem mixtilinei CDH et rectilinei IDA: hoc si fecerit habebit intentum. At valde vereor ne in vanum laboret, nam ego inaequalia illa reperio, et rationem inter se habere fere quam 544. ad 525. Ipsum denique triangulum mixtum KDL deprehendo non aequale sed maius esse segmento KD, sub ratione quam habent 56 ad 47 fere, seu accuratius ut 466407. ad 391457. Haec sunt quae de praesenti quadratura scribenda putavi, quibus si tuae expectationi satisfeci, gaudeo.

Cur nihil in publicum emittam, iam saepe me tibi excusavi. Sunt fortasse paucula quaedam a me in proprium usum extracta, quae non omnibus sunt familiaria, at quae tanta non

202r sunt, ut solitaria emitti mereantur: nec unius generis //
sunt ut possint coniungi, insuper quaedam talia sunt, ut
eorum usus raro occurrat, et propterea non sint adeo
necessaria, quid faciam? Novi ego tenuitatem meam, et meo me
pede metior: non audeo prodire, cum non sperem me quicquam
quod operae precium sit, efficere posse (20). Atque utinam
possem, saltem ut tibi morem gererem. Verum scribunt multi
quos praestaret pennam deponere, id ne mihi quoque accidat,
cavere studeo. Sunt nonnulli qui res parvi momenti edunt,
quas tamen sua eloquentia ita exornant, ut videantur aliquid
magni effecisse: mihi hoc datum non est, qui vix invenio
quibus verbis commode meos conceptus, etiam de rebus non
contemnendis, si quos habeo, exprimere possim. Quam igitur
laudem merear, si in publicum prodeam, non video. Taceo curas
domesticas, quae ad alia me trahunt: immo iam dudum penitus a
mathesi me abstraxissent, nisi vel Keplerus vel Henischi-
us vel Maior noster suis literis me ad haec studia revocassent.
Itaque ut tandem concludam, maiorem in modum rogo, Amplissime
vir, ut me excusatum, atque simul etiam tibi commendatum
habeas. Vale Kauffbùrnae Postrid. Calend. Novemb. Anno 1608.

T. A. addictissimus

Ioann. Georg. Brengger.
m<anu> p<ropria>

295

Mark Welser a Christoph Clavius in Roma (1)
Augsburg 5 dicembre 1608
APUG 529 cc. 70r-70v
Autografa

70r Molto R.do s.or P. oss.mo

Ringrazio V. R.za della fatica ha voluto prendere in es-
saminare quella nova quadratura (2) con tanta isquisitezza,
Ho fatto parte a diversi amici della sua censura, che tutti
ne sono restati sodisfatissimi. Queste riuscite dovrebbero
far le persone più caute, a non uscir così temerariamente con
le lor chimere, fondate solo nelle nuvole delli humori del
proprio cervello e pure tutto di spunta qualch'uno che si
mette alla prova.

La risposta di V. R.za contra lo Scaligero, il quale sta
male, e va peggiorando, di modo che gli suoi amici gli augu-

70v Haec visa sunt R.V. scribenda aliud quidem [...] cognoscendo valorem radiceis quando numerus [et] radices aequantur $1\mathcal{J}$ vel [numerus] [etiam] quadrat[us] $1\mathcal{J}$, qua in re multa inveni sed quae nondum perfecte satisfaciunt. Quod ad [2.]am aequationem duae viae occurrunt 1.a est ut quando radices et numerus aequantur $2\mathcal{J}$ Si cubus [quaesitus] sit unus ex 4. primis²⁰⁸, vel 1. vel 8. vel 27. vel 4. numerus radicum [per 4] multiplicetur et producto addatur numerus qui est adinventus²⁰⁹, Nam [aggregata] radix cubica vel praecisa vel proxime minor ea est quae quaeritur. Si vero [...] ex aliis 4.r sequentibus nempe vel 125 vel 216. vel 343 vel 512 numerus radicum multiplicetur per 8 et addatur numerus, nam aggregati radix ut prius [ea est quae quaeritur]. Item si cubus sit ex aliis quatuor sequentib. [multiplicatio] fiat [per] 12, et reliqua ut prius. Idemque [observatur] in aliis quaternariis [cuborum] in infinitum Exemplo res manifesta fiet. sint $5\mathcal{H} \mathcal{P} 12$ Aequ. $1\mathcal{J}$ multiplica 5 per 4 fiunt 20 adde 12 fiunt 32 quorum radix propinqua est 3 quae quaeritur. Item sint $12\mathcal{H} \mathcal{P} 16$ aequ. $1\mathcal{J}$ multiplica 12 per 4 fiunt 48 adde 16 fiunt 64 quorum radix cubica est 4 quae quaeritur. Sed si proponuntur $19\mathcal{H} \mathcal{P} 30$ Aequ. $1\mathcal{J}$ multiplica 19 per 8 (quia tum [...] in secundo quaternario cuborum) fiunt 152 adde 8 erunt 160, quorum radix cubica proxime minor est 5. In exemplo etiam allato a V. R. cap. 12 pag. 64. Sint $30\mathcal{H} + 133$ aequ. $1\mathcal{J}$ multiplica²¹⁰ 30 per 8 sint 240 adde 133 erunt 373, quorum radix cubica est 7 quae quaeritur. et ita de caeteris. Sed nondum potui [perfectum] invenire modum dignoscendi ad quem quaternarium²¹¹ revocari debeat omnis quaestio quae proponitur, quamvis aliquid lucis habeam. Alia via est ut primum numeri adiuncti radix cubica proxima minor inveniatur, et inventae 1 addatur. Quod semper locum habebit in integris quando numerus radicum non est magnus et numerus adiunctus magnus est ut si $9\mathcal{H} \mathcal{P} 28$ aeq. sint $1[\mathcal{J}]$. accipe radicem cubicam numeri 28 ²¹² nempe 3 cui adde 1 fiunt 4 radix quaesita. Item sint $10\mathcal{H} \mathcal{P} 75$ aequales $1[\mathcal{J}]$, accipe²¹³ radicem cubicam 75 nempe 4. et adde 1 erunt 5 radix quaesita. Item sint $30\mathcal{H} \mathcal{P} 1001$ Aequ. $1\mathcal{J}$.²¹⁴ $\sqrt{\mathcal{J}}$

208 post primis: verbum quoddam del.

209 post adinventus: verbum quoddam del.

210 post multiplica: duos numeros del.

211 post quaternarium: sit del.

212 post 28: verbum quoddam del.

213 post accipe: verbum quoddam del.

214 post $1\mathcal{J}$.: verbum quoddam del.

1001 proxime minor est 10 adde 1 habebis 11 [quaesitam] radicem. Sed si²¹⁵ radix hoc modo inventa non quadret, Illi adde \sqrt{Z} numeri radicem [...] vel aggregatum, vel²¹⁶ numerus aliquis ex proxime minoribus qui mensurat numerum adiunctum radix est quae quaeritur. Ut si $12H+16$ aequ. $17. \sqrt{7}$ 16 est 2 et \sqrt{Z} 12 est 3. adde fiunt 5 qui [cum] non [menseant] 16 tolles 1 et restabunt 4 pro valore radicis Sic etiam sint²¹⁷ $20H P$ 25 aequ. $17. \sqrt{7}$ 25 proxime minor est 2 et radix Z 20, 4 adde fiunt 6 tolle 1 fiunt 5 quaesita radix et mensura 25. Sed neque [...] accurata omnino est tum quia tantum est integrorum, tum quia aliquando contingit ut [...] ²¹⁸ [non] solum 1 tollendum sit sed etiam 2. et 3. et plura,²¹⁹ ut vera radix inveniatur praesertim in magnis numeris. Porro quod attinet ad numeros fractos unitate minores satis verum est si fractio²²⁰ radicem addatur [fractioni] numeri nam aggregati $\sqrt{7}$ est quae quaeritur verbi gratia sit $1/3H P$ $11/64$ aequ. 17 adde $1/3 + 11/64$ fiunt $97/192$ et facta divisione per 3 ut [...] [...] restituatur [...] prius $\frac{321}{3}$ cuius radix proxime

$\frac{64}{64}$


minor est $3/4$ ea quae quaeritur. [Item] si $1/3H P$ $2/27$ aequantur 17 adde $1/3$ cum $2/27$ fient $11/27$ quorum radix 7 proxima est $2/3$ eaque quaesita Nam illius cubus est $8/27$ et $1/3H$ est $6/27$ [Ideoque] $1/3H$ cum $2/27$ aequantur 17 . Haec volui R. ae V. ae proponere nondum accurata²²¹ et universalia nec etiam omnino confirmata, sed ut videat num perfici possint. de aequatione numeri et²²² [quadratorum] cum cubo hoc [solum] [modo] occurrit ut [videatur] quisnam numerus quadratus metiatur [numerum] adiunctum nam vel is erit quadratus qui quaeritur vel aliquis ex iis qui numeros metientur. ut // in exemplo a V. R. allato sub finem cap. 12 (8) sint $4Z$ (habetur quidem $196Z$, sed error est Typographi) + 147 aequalia 17 videatur quodnam quadratum (minus vel aequale [numero]) metiatur 147 invenies [eum] esse 9 vel 49 sed 9 non quadrat ergo 49 cuius radix quadrata nempe 7 est quae quaeritur. Sed haec de Algebra sufficient.

72r

Unum solum addam, Gallum quendam Ocitanum hic esse qui

-
- 215 post si: verbum quoddam del.
 216 post vel: verbum quoddam del.
 217 post sint: verbum quoddam del.
 218 post ut [...]: tria verba del.
 219 post plura: verbum quoddam del.
 220 post si: verbum quoddam del. et interscr. fractio
 221 post accurata: verbum quoddam del.
 222 post numeri: verbum quoddam del. et interscr. et

librum scripsit satis fustum de Magnete et pixide²²³ (9) seu acu nautica ad cognoscendas longitudes. is omnino asseverat polos magneticos ad quos fertur acus, esse in terra distantes a polis mundi 22. grad.²²⁴ et 30 minutis. ac proinde ex declinatione acus a linea meridiana, non difficile cognosci posse loci longitudinem.



Nam cum p.s meridianus v.g. circulus abcd in terra [descriptus] transeat per polos mundi a et c et polos, e, f, magnetis. Sit item parallelus loci arcus gS, et meridianus loci sit aic secans parallelum in i loco seu civitate cuius longitudo quaeritur. declinatio magnetis est angulus aie qui cum sit notus et pars meridiani ai nota nempe inter polum et parallelum loci, cognitus etiam sit arcus ae graduum 22 et 30 min. cognitus erit totus triangulus et eius anguli praesertim angulus iae. Ideoque etiam cognoscetur angulus iag. qui est angulus longitudinis seu distantiae a l.o meridiano. Ita

²²³ post pixide: verbum quoddam delevit

²²⁴ post grad.: verbum quoddam delevit

ille. Sed vehementer optat a viris hac in re versatis diligentissime observari veram declinationem magnetis a linea meridiana in variis locis ut ex his observationibus veritas huius rei perfectius intelligatur. Quocirca rogo V. R. ut vel per se vel per alium id faciat accuratissime.²²⁵ (10) Ego instrumentum confici curavi ad id aptissimum sed nondum absolutum est. Pene exciderat librum etiam V. R. de Geometrica practica ad nos pervenisse non tamen eum quem nobis dono darat²²⁶ sed alius. Mihi valde probatur in omnibus. Una tamen difficultas occurrit circa duas regulas quas R.V. ex aliis authoribus tradit lib. 4.o cap. 2.o ad investigandam aream triangulorum aequilaterorum. Nam licet per has regulas area cognoscatur non [tamen] praecisa sed paulo maior. Ia regula est ut quadratum lateris ducatur in 13 productusque numerus per 30 dividatur. ut si latus sit 10 ducatur eius quadratum nempe 100 in 13 fiet 1300 quae divisa per 30 dant $43\frac{1}{3}$ sed haec area paulo maior est ut probari potest ex inventione lineae perpendicularis. Idemque est iudicium de alia regula ut ex quadrato lateris sumatur [tam pars] 10.a quam 3.a quarum summa est area trianguli eandem enim summam cum priori efficiunt. Sed existimo etiam V. R. nihil aliud voluisse quam ex his regulis aream valde propinquam inveniri. Atque ut finem imponam agam imprimis gratias V. R. Et quod et mei sit memor, et dona adeo eximia ad nos mittat. Rogo etiam ut nos excuset si aliquis forsan error in scribendo cum magna festinatione exciderit. denique me plurimum commendo V. R. praecibus et SS. sacrificiis. Mussiponti 13.o die Ianuarii anni 1609.

V. R. Indignus in christo servus

Ioannes Castellarius.

Christophoro Clavio
Soc<ieta>tis Iesu.
Romam.

225 *post accuratissime: unum verbum delevit*

226 *darat: sic, scil. dederat*

Johann Reinhard Ziegler a Christoph Clavius in Roma
Mainz 16 gennaio 1609
APUG 530 cc. 242r-v
Autografa

242r Pax Christi
Admodum R. de Pater in Christo

Literas R. ae V. rae datas 19 Decembris 6 Ianuarii anni huius accepi (1); de editione Algebrae fiet voluntas R. V. ego operam dabo ut errata eradantur substitutis correctionibus quas gemina vice remisit (2). De operum editione sic habeat R. V. typographum iam dudum esse paratum (3). Sed optat habere correctiones et augmenta in promptu, ut possit spacio quod intercedat inter nundinas et nundinas (4) duos tomos expedire. Itaque oportebit ut R. V. mittat una vice correctionem aliquot librorum. Imprimetur in folio, ego puto rem futuram tomorum trium (5), ita ut primus contineat ea quae ad numerorum scientiam spectant, et ad Geometriam, cuius generis sunt Arithmetica, Algebra, Euclides triangula sinus tangentes, Geometria practica. (Refutatio Cyclometriae Scaligeri.) (6) Secundus tomus habeat quae ad astronomiam referuntur, quo spectant Sphaera, Astrolabium, Gnomonica Horologiorum varia (7). Tertius vero ea complectatur quae ad Calendarium spectant, quo pertinent R<estituti> Calendarii, eiusdem vindicatio a Maestlino, Scaligero, et aliis (8). Quod si aliter R. V. placeat tomos hos digerere id ipsum quaeso significet transmissio indice suorum operum omnium, ne quid desit. Sane si fuisset hactenus copia correctionis²²⁷ et augmenti, his nundinis paschalibus vidisset R. V. tomum primum. Tandem aliquem accepi librum cui titulus est hic, Computus Ecclesiasticus sive Calendarium triplex, Gregorianum, Antiquum, et Novum cum novo Cyclo Lunari et refutatione quorundam insignum errorum Christophori Clavii etc. Authore Georgio Germano Wartenbergensi Boruss. excusus est liber Francofurti Marchionum (9). Eo libro R. V. erroris arguit non raro. Puto iam eum a R. V. ra haberi, alioque libenter mitterem (10). nam et²²⁸ hanc muscam opere precium est abigere. Quod si R. a V. a in animo non habeat isti homini respondere, gratiam mihi faceret, si paucis verbis mihi suggereret, quid ad praecipua eius firmamenta quae putat se habere respondendum putet. Interest

²²⁷ post correctionis: verbum quodd. del.

²²⁸ post et: abb del.

id ad bonum Societatis nomen, et Calendarii existimationem. Rogaram alias R. am V. de quibusdam dubiis, et²²⁹ inter alia, irrepserit ne error in editione sphaerae ubi de solari deliquio totali in Lusitania viso scribitur. Sed nihil unquam responsi dedit mihi, fateor non merui, sed importunitati debebatur responsum, si meritum etiam nullum sit (11). Addam et illud excudisse nos hic Theoricis Magini, et adulescentibus explicandas (12). Sed errorem ego deprehendo circa doctrinam de mediis longitudinibus. Obsecro R. V. consulat in theoria Solis cap. 9. mihi videtur aliqua repugnantia committi in describendis punctis mediarum longitudinum, videorque mihi facile demonstrare posse falsum esse quod dicit arcum MR esse maximam elongationem lineae veri motus a linea medii motus (13). Quod si ego non errem, expediret suggerere [vel] D. Magino²³⁰ si placeret illi recudere suum opus, quod si ipse correxerit hic typographus libenter recudet (14). Sin aliud R. V. probat, subiicite consilium. Responsonem R. V. contra Scaligerum curavi cum typo et forma eleganti imprimi; dicavi ex certa causa viro nobili Matheseos admodum et studioso et gnaro et vero R. V. ae addictissimo (15); quia haec videbatur optima commoditas reponendi Scaligero, qui Moguntino Collegio falso imputabat. Exemplaria 20 ad D. Marcum Welserum destinaui, cum aliquot tabulis sinum etc; spero inde R. V. potiozem partem accipiet (16). nam illi facta est copia aliquid pro se retinendi. R. V. valeat in domino, mei memor et salutet R. P. Malcotium (17) cui faustissimum sicut et R. V. annum precor. et responsum quam primum expecto. Moguntiae 16. Ianuarii anno 1609.

R. V. servus in Christo

Io. Reinhardus Ziglerus

{De Medico R<everendissi>mi nostri cui censuram [qua]draturae cuiusdam [commi]serat, nihil cognovi. [Suspi]cor doctorem Beyerum [qui] Francofurti degit sed is nihil unquam huiusmodi mihi significavit. quare rogo ut explicatius de hac re erudiar, si alicuius sit momenti.) (18)

242v Reverendo Patri in Christo
P. Christophoro Clavio
Societatis Iesu Sacerdoti
Romam.

²²⁹ et: *interscr.*

²³⁰ expediret [vel] suggerere D. Magino: *sic, intellige* expediret suggerere D. Magino. *Ziegler scripserat* expediret [vel] suggeretur D. [scil. Magino]; *postea delevit* suggeretur D., *sed non delevit* vel

Clemente Pavia (1) a Christoph Clavius in Roma
 Milano 28 gennaio 1609
 APUG 529 cc. 234r-235v
 Autografa

234r Molto Ill.re e Rev.mo S.or Collend.mo

Questo 7.bre passato hò mandato a Sua S.tà et allo Ill.mo car<dina>le Burghese come anc<or>a Al Ill.mo Mont'Alto, et al Ill.mo Aldobrandini (2), l'acompanata machina (3) e gli hò significato come io et fr<at>elli habiamo Doppo longo travaglio e gran spesa, trovato modo di fabricar In Infiniti siti d'acqua, d'alzar l'acqua continuuamente²³¹ (con machine et Inventioni, non piu usate ne più Vedute) per piacer de principi et SS.ori, e per far fontane continuui in piu d'onesta altezza, e per adacquare giardini e campi, e per adoperar in altri particolari, et anc<or>a ogni fontana naturale l'alzaranno d<et>ti fr<at>elli, molte brazza piu del suo naturale, e tutti opperaranno senza assistenza de cosa viva, se fabricarano facilmente con poca spesa, e saranno Durabili,

Benche essi fr<at>elli non hanno da Roma havuto altro aviso, se sarà gradito la pre<se>nte machina a sua S.tà e SS.ori Ill.mi, e se hanno creduto a quello si propone di fare come sop<r>a, con tutto cio havendo hora noi fr<ate>lli havuto notitia delle rare scienze e qualita de virtù che V. S. possede, hanno deliberato di mandar anc<or>a a V. S. una copia del pre<se>nte dessegno, che se V. S. non l'haverà havuto d'altri, a quali noi habiamo mandato, credo deve ora piacer a V. S. e quando publicarano altra cosa delli sud<det>ti machini d'utile, non tardarano tanto, ma non possino d<et>ti fr<ate>lli publicarli, se prima non haveranno privileggio de Sua S.tà, che niuno li possi adoperare, senza lic<enz>a d'essi fr<ate>lli, acio si possino recuperar delle gran spese fatte per il passato, e se V. S. potrà favorir essi fr<ate>lli a produrre al mondo li sud<det>ti machini, li restaremo schiavi obligat<issi>mi e lo serviremo prontamente con ogni cordialita, con che gli facio Reverenza, e mi gli

²³¹ continuuamente, continuui: sic

Racc<omand>o In gra<tia>, de Milano il 28 di Genar²³² 1609.

Di V. S. Molt' Ill. e Rev.ma Devot.mo servitore

Clemente pavia hebreo e fr<ate>lli,

Con l'ord<ina>rio che viene haverà miglior giustifica-
t<ion>e (4).

235v Al M. Ill. e Rev.mo S.or mio oss.o;
il S.or Cristofforro Clavio
Matematico ecc.mo
Roma

Clemente Pavia Hebraeo²³³

303

Andrés de León (1) a Christoph Clavius in Roma
Valladolid 14 febbraio 1609
APUG 530 cc. 59r-60v
Autografa

59r IHS Ma.

No me conozera V. P. sino dando señas por aver tanto que
falto de ese lugar y aver estado con V. P. solos dos vezes
quando lleve a V. P. las observaciones des los planetas
hechos por triangulos sphericos y dixे que havia de sacar las
theoricas des los planetas quitando todos los eccentricos y
epyciclos movido de los Cometas que he observado que se han
visto sobre el Sol hallandoles sin parallaxe (2). Agora tengo
hechas tablas de los movimientos que conforman

²³² post genar: *verbum quodd. del.*

²³³ Clemente... Hebraeo: *alia manus scr.*

puntualisimamente con las observaciones que son las del Rey don Alonso (3) emendadas la de del²³⁴ medio movimiento de la octava sphaera que la hallo en un año de medio movim<ien>to en casa un minuto y nueve segundos que Copernico puso en 50'' 12''' (4) y las de los auges del #SLE# y los demas Marte me ha costado trabajo no he visto los proginosmos de Thycon solo tengo las Epistolas (5) y por mis tablas salen puntualm.te los movimientos que el observó. (solo en el sol y #LNA# oy una poca de diferencia). he juntado muchas observaciones de otros max.e del cathedratico de prima de Mathematicas de Salamanca (6) es gran cosa ver la puntualidad.

No he podido concordar los antiguos Hiparco P[t]holomeo Albategni de que he visto grande variacion en el cielo pordonde me confirmo en mi opinion que los cielos no son como dizen los Peripateticos mucho tenia que dezir y comunicar con V. P. pero no tengo lugar que el correo me da prisa escribo en español porque se que V. P. lo entiende (7) y esto ayudara para conozerme.

59v Lo que suppco a V. P. es si tiene algunas observaciones // me las imbie y abone mis tablas pues ha visto parte de ellas como son las oservaciones que tanto V. P. loo Tambien me dixo V. P. que observó aquel Eclipse del año de 1605 (8) quando yo estube allá en Roma y me dixo V. P. que no havia salido bien conforme el Tychon brahe que quiza esta en esto el defecto porque mis tablas van confirmadas con grandes observaciones. V. P. tambien me escriba lo que le parece de #MRT# segun el Tychon y el modo que tiene que no le he visto solo me acuerdo de lo que V. P. me dixo yo creo que he topado con el verdadero lugar que solo estava el deffecto en el auge.

En las fixas convengo con el Tychon que insensible es la diferencia aunque en la latitud en ninguna manera la he hallado variar de los antiguos V. P. me avise lo que cerca de esto tambien le parece que hasta en tanto no imprimire las tablas y mas que esto y esperando otras obervaciones para acabar con mi almagesto y hechar el sello a mis tablas.

En los medios movimientos del Rey don Al<ons>o no hallo hierro sino en #STR#. El centro del Planeta para servirme en las tablas le conpongo del auge media que yo he hallado con la precesion verdadera que he hallado diferente de la de Copernico en lo demas sigo al Rey don Alonso a V. P. doy cuenta de esto por el secreto que tendra y para que vea el orden por si se sirve de aprovar la doctrina sera darme alas para que salgan luego que solo temo esa tierra por la poca affection que nos tienen max.e al Rey don Al<ons>o a quien solo digo en lo que he dicho y no en el movi<mien>to tan disparatado de 49m años de Rabi Moshen (9) ni enel de accessus et recessus sino el que yo he observado. V. P. me

234 de del: sic

perdone que me esperan y no he podido dar cuenta methodica de lo mucho que tenia que comunicar con V. P. a quien nuestro Señor [...] largos años yo creo que avre de ir por allá por que el Señor Cardenal ginnasio (10) me da priesa que allá le servi de confesor y theologo, nuestro Señor [...] a V. P. de Valladolid 14 de febrero de 1609.

Andres de Leon
de los clerigos menores

{No se perdiera la carta si la pone V. P. en la estafeta o lada a nuestros padres de santa Agnes o s. Lorenzo en Luzina.} (11)

60v Al P.e Christophoro Clavio
de la Compañia de Jesus
en el Colegio Romano [...]
[15 pwe porto]
Roma

Andraeas de Leon²³⁵

304

Julius Echter a Christoph Clavius in Roma
Würzburg 26 marzo 1609
APUG 530 cc. 97r-98v
Autografa la firma

97r Iulius Dei gratia, Episcopus Herbipolensis et Franconiae
Dux (1).

Missa sunt ex Urbe Nobis, vir Rev.de ac Doctissime, non ita pridem sacra aliquot a Sanctissimo Domino nostro munuscula quae ita placuisse fatemur, ut si non vicissim

²³⁵ Andraeas de Leon: *alia manus scr.*

aliquod hinc suae S.ti (2) mittamus donum, existimemus ingratitude vitio forte nos notari posse. Itaque Augustae (3) Vindellicorum Horologia aliquot fieri curavimus, quae ad Urbem mittimus. Amicis nostris et imprimis Sanctissimo offerenda, spe bona freti, grata fore, utpote ingeniose et affabre facta. Verum cum pauci sint, qui illa componere et dirigere norint, illud praesertim, quod Pontifici donatur, ob caelestium orbium motum et revolutionem, modum illa componendi germanice scriptum, ac hisce inclusum (4) Tibi mittimus, simul rogantes, ut quando Sanctissimo aut Ill.mis Cardinalibus per R.mum D<omi>num Hermannum Ottenbergium (5) offerrentur, adesse velis, et ubi opus esse videris, illorum exponere et demonstrare usum, qua in re sane nobis officium praestiteris gratissimum (6). Nos vicissim tibi tanquam Civi nostro, et universae Societati Iesu, ubi occasio fuerit gratificandi, operam studiumque nostrum pollicemur, Teque pro re literaria illustranda et amplificanda diu florentem et incolumem optamus. Wurceburgi XXVI.o Martii Anno MDCIX.o

Tui amantissimus

Iulius Episcopus Herbip.²³⁶

98v Rev.do et Doctissimo viro
Christophoro Clavio
Societatis Iesu Sacerdoti
Nobis dilecto.

Iul. Epis. Herbip. ad Clavium²³⁷

²³⁶ Iulius ... Herbip.: *scr. Julius Echter*

²³⁷ Iul. ... Clavium: *alia manus scr.*

Anton Hierat (1) a Christoph Clavius in Roma
 [Köln, inizio della primavera 1609] (2)
 APUG 529 cc. 253r-253v
 Autografa

253r Reverende admodum in Christo Pater et Domine observande

Cum ante aliquot dies essem Moguntiae, conquesti sunt mihi RR. PP. Rector Pet. Winaeus (3) et Zieglerus, quod a²³⁸ typographo Ioan. Albino (4) differretur editio omnium operum Mathematicorum a V. R. compositorum, editorum, et edendorum. quare petierunt ut in me editionem susciperem, cum sumptibus fiendis dictum D. Albinum non putarent sufficientem. quod et ego feci: Sed unum hoc me valde deterruit, quod praesertim in Ope Gnomonico et Planisphaerico infinitus numerus sit Circularum, tringulor.²³⁹ rectilineor. etc. quapropter scribo nunc Domino et amico meo singulari Ioan. Paulo Gellio (5), bibliopolae in Urbe sub signo navis, ut mediante V. R. cum typographis isthic tractet, a me moderato pretio haberi possint delineationes Libror. gnomonicor. Planisphaerior. et Sphaerae (Euclidaeas enim delineationes habemus, et alias hic facile curaremus fieri:) (6) et huc transmitti; ut videre et computum inire possim, an praestet eas hic de novo curare, vel illas isthic²⁴⁰ commodato accipere, vel emere. Qua in re rogo V. R. dicto Typographo adiumento esse velit, ut resolutione facta statim me editioni accingere possim. Ostendit mihi R. P. Zieglerus distributionem totius operis in sex partes, placet ordo. ut ab Euclide incipiamus (7). responso accepto,²⁴¹ statim puto nos impressionem Moguntiae inchoarturos. et quam cito fieri poterit, absoluturos. Interea Deum ter opt. max. obsecro ut V. R. quam diutissime servet incolumen, cuius et precibus me ex animo commendo.

V. R. obsequentissimus famulus

Antonius Hierat,
 bibliopola et Civis Coloniensis

238 *post a: del. bi[bliopola]*

239 *tringulor.: sic, scil. triangulor.*

240 *istic: sic, scil. isthic*

241 *inchoarturos: sic. Corr. ex inchoari et os interscr.*

Misi ex nundinis praeteritis in vase ad D. Ioan. Paul. Gellium directo literas a Doct. Hartmanno Beyero (8), spero recte fuisse traditas.

253v Reverendo admodum in Christo
patri ac Domino Christophoro Clavio,
e Societ. Iesu, domino suo observando
Romae

306

Christoph Grienberger a Christoph Clavius in Roma
Palermo 21 aprile 1609
APUG 529 cc. 59r-59v
Autografa

59r R.de in Christo Pater.
Pax Christi.

Nolo omittere hanc bonam occasionem, quam attulere festa Paschalia, quae si sine hisce literulis abeant vereor ne incerta alia expectanda foret. Saepius immo saepissime scribere volui, sed solita procrastinatio fecit, ut me etiam non animadvertente non hebdomadae non mensis, sed annus praeterierit et menses. Unas tantum Superiori anno Messina dedi quas credo T. R. accepisse (1), quamvis responsum non habuerim, nec fuit, ut credo, quod responderet. Panormo vero in principio scribere nolui, quod iudicarem in faelici²⁴² illo principio non mihi sed aliis potius scribendum esse, quod et factum scio (2). Mihi certe tunc nimis honorata Mathesis videbatur. In sala, Romana non minore, magno Nobilium consessu primum recepta fuit, tum anno illo fere toto simili concursu frequentata, et nisi discessio triremium in

²⁴² faelici: sic

hispaniam plures secum abstraxisset, eadem fraequentia scholas occlusisset²⁴³. Et quamvis satis intelligerem tantum fervorem diu durare non posse: sperabam tamen non defuturos qui anno insequenti diligentius attenderent. quos tamen hactenus non vidi. Quos habeo, habeo satis assiduos, haberemque diligentiores, si non aliis studiis occupati essent. Plurimos etiam haberem si addisci sine labore Mathematica posset. Alii libros expectant, quorum hic nec quidem est penuria. Scilicet nulli apud Bibliopolas inveniuntur: praeter aliquos Architectos. Invenimus tamen aliquos pro Collegio, Guidi²⁴⁴ Ubaldi Mechanica, Aequponderantia (3). Papum²⁴⁵ Alexandrinum, et nescio quo bono casu Apollonii Conica. ita ut Romanum Exemplare si T. R. ae videtur redire Romam possit (4). Sunt tamen qui Romam, Venetias, et Neapolim scripserint pro²⁴⁶ libris: et iam aliqui advenissent nisi in itinere periissent infelici Naufragio. Lectio domestica seria magis quam superiori anno. atque utinam nostri Theologi atque philosophi alio non discesissent, non defuissent hoc anno qui Academiam Mathematicam²⁴⁷ honorassent (5). Tres mihi hoc anno sunt assignati. Grecus unus qui etiam superiori anno eidem studio incubuit, tardus quidem, sed maxime ad hoc applicatus. Alter Catanensis qui²⁴⁸ nisi debilitate corporis aliaque quadam occupatione detineretur, melius Mathematica penetraret. tertius est Melitensis parvus quidem sed non parvi ingenii, cui vix satis sunt ea, quae diebus fere singulis cum aliis ex me duabus horis audit. Accessit his quartus Hybernus qui nuper Roma advenit Georgius nomine. non mali ingenii. sed quia a principio non adfuit, nec mihi per tempus relegere lecta licet patientiam habeat est necesse, aliosque eo passu subsequi quo potest se seque privato studio adjuvare quod et facit (6). Cum uno istorum hoc anno Euclidem et Theodosium et Arithmetica: et Sphaeram²⁴⁹: cum omnibus simul Triangula Rectilinea et Sphaerica²⁵⁰. et Geometriam practicam²⁵¹ hactenus percurri (7). et iam versor inter Canones Astrolabii, quos ad Pentecostem usque percurram. Expectant Gnomonicam vel Perspectivam cum Apollonio (8); sed nescio si omnia plene hoc anno. Omnes T. R. am plurimum salutant et se T. R. commendant,

-
- 243 occlusisset: *corr. ex* occlusissent
244 Guidi: *corr. ex* Gui[...]
245 Papum: *sic*
246 libris: *corr. ex* liberis
247 *post* Mathematicam: *del.* A[cademiam]
248 qui: *corr. ex* quem
249 et Sphaeram: *interscr.*
250 *post* Sphaerica: *interscr. et* Sphaeram et *del.*
251 practicam: *interscr.*

suo scilicet Nepotes magno Avo. Nomina eorum sunt. Dominicus Mauricius²⁵², Vincentius Romanus, et Bernardinus Bonici (9). Reliquum quia T. R. ae notus est, non nomino. habet ergo quibus aliquid suorum impertiatur, si forte quid impertiri velit. id quicquid sit non ingratum fore scio. et mihi imprimis, qui eos quos hactenus²⁵³ promptos habui, habebo promptiores. Sed quid de reditu? intellexi enim nescio quid ex P. Odone Malcotio (10). Iussus abii; redeo vocatus. abiisse nec²⁵⁴ penituit²⁵⁵ nec penitet²⁵⁶. tempus mihi hactenus longum non fuit. occupatio continua breve facit. ita in docendo lente propero, ut non tamen redire cogitem, quam praestare id ad quod veni. quae ipse maiori labore didici, procuro alii ut sciant minori et quoad fieri potest breviori. Ex iis quae scripsi T. R. iudicet²⁵⁷, quid expediat. mihi nondum videntur deserendi Mathematici Novelli. et²⁵⁸ quamvis nesciam quid mihi agendum sit anno sequenti, quidque velint ut agam: scio tamen necdum bene fundatam esse Mathematicam, et maiori fundamento egere eos qui fundare debent. Ad principium huius anni dum minori studio indigerem resumpseram calculum secantium in quibus perveni ad 30 gradum²⁵⁹, sed deficientibus Tariffis et tempore subsistere coactus sum (11). nec video me posse resumere dum praesentes occupationes durant. neque enim solum praelegendum est duabus horis domi et tertia in scholis publice²⁶⁰ sed instrumenta praeterea fabricanda quibus opus est. itaque et stellae hactenus quievere quas fere ad finem perduxeram Romae (12). Construxi quadrantem in tabula lapidea in quo saltem bina minuta observari possunt. construxi etiam radium Astronomicum ligneum per quem nonnullarum stellarum distantiam ita reperi accurate ut a Tyronicis non integris 5. minutis abierint. Sphaeram et Globos formabo hac aestate ut spero. Volebam hic adiungere unam vel alteram demonstratiunculam, quae mihi occurrerat superiori anno ad Euclidem et hoc anno ad Geometriam practicam. sed quia me video longiorem fuisse quam putabam differam in aliud tempus. Valeat ergo T. R. a et iam conqueri desinat de suo Grienbergero. et sciat me quidem hactenus non scripsisse semper tamen scribere voluisse. Salutant T. R. am Pater Caesar de Bosco. P. Marius. P. Torrese Balduci (13) et alii Salutat

-
- 252 Dominicus Mauricius: *corr. ex Mauricius Dominicus*
- 253 hactenus: *corr. ex hactus et en interscr.*
- 254 nec: *corr. ex non*
- 255 penituit: *sic*
- 256 penitet: *sic*
- 257 iudicet: *corr. ex ip[...]*
- 258 et: *interscr.*
- 259 gradum: *corr. ex graduum*
- 260 publice: *corr. ex publicis*

etiam Andreas Rendi (14) et se suo Afflitto principino
commendat. Pro sua Algebra Gratias ago, acturus pro
responsione ad Scaligerum ubi accepero (15). Vale. Panormi 21
April: 1609.

T. R. ae in Christo Servus

Christophorus Grienbergerus²⁶¹.

59v R.do in Christo Patri
P. Christophoro Clavio
e Societate IESU.
Romae.

Grienberger²⁶²

307

Mark Welser a Christoph Clavius in Roma (1)
Augsburg 14 agosto 1609
APUG 529 cc. 71r-71v
Autografa

71r Molto R.do s.or P. Oss.mo

Se bene spero V. R.za havrà piu giorni sono ricevuti gli
suoi libri (2), poiche il mercante me ne assicura, pure desi-
dero haverne aviso da lei stessa, Tanto piu, che con gli suoi
libri erano due volumi del P. Nicolao Serario (3) buona memo-

²⁶¹ *post Grienbergerus.: del. V. R.a habeat quaeso etiam curam
ut Dominus Peregrinus habeat literas quas cum hisce ad eum mitto.*

²⁶² *Grienberger: alla manus scr.*

ria, mandati per esser²⁶³ censurati, cioè Prolegomena in sacram scripturam, et Commentarius in Epistulas Canonicas (4), quali non vorrei per cosa del mondo andassero persi, et essendo morto l'autore, parmi di esser tenuto ad haverne qualche cura, poiche egli gli commise alla mia Fede,²⁶⁴ Però prego V. R.za mene dia qualche nova, e bisognando se ne informi dal mto R.do P. assistente (5), al quale furono diretti. Baccio la mano a V. R.za Con raccomand<andar>mi alle sue s.te orationi, Iddio la felicitì. Di Augusta la vigilia della Madonna di Agosto 1609.

Di V.a R.za Aff.mo servitore

Marco Velseri

71v Al Mto R.do s.or mio oss.mo
il s.or [P.] Cristoffano Clavio
[della] Compagnia di Giesù.
Roma.

308

Johann Reinhard Ziegler a Christoph Clavius in Roma
Mainz 7 ottobre 1609
APUG 530 cc. 248r-248v
Autografa

248r Admodum R.de in Christo Pater.

Ex quo ultimas ad R. V. literas dedi, nihil accipio responsi, quae res valde me sollicitum huc usque habuit, maxime cum aliunde intelligam R. V. adversa uti valetudine (1). quo nomine multum doleo, Et mecum multi. De editione operum R. V. iam saepius significavi. Rogo R. V.

²⁶³ esser: *interscr.*

²⁶⁴ post Fede,: e li p[...] *del.*

saltem per P. Malcot mihi responderi curet. Iam tandem incipimus primum tomum, servamusque dispositionem, quam R. V. praescripsit: typos praestat Ioannis Albinus typographus Moguntinus, impensas vero D. Antonius Hierat Coloniensis, typographus hoc tempore in Germania celeberrimus (2). Is suam R. valde salutatur, et liberaliter se offert ad gratificandum. Missurus est exemplaria operis unde R. V. amicis suis possit gratificari. Ego qui modo Convictui praesum (3) operam impendam, quam possum. Totus sum in delineandis figuris. Si quid R. mittere velit, quod cito facto opus est, committet librario, cui a Nave nomen est, in cuius officina commentarii in Sphaeram R. V. editi sunt, ad eum enim scripsit D. Antonius Hierat (4). Scripsi nuper R. V. per quendam meum Convictorem quem destinabam ad Collegium Germanicum (5). Rogo R. V. humiliter ut quam primum per postam respondeat. ego libenter expensas praestabo. R. V. tantum scribat quid requiratur. Desidero etiam scire quid futurum sit de Germano Wartembergensi cuius ad R. V. per D. Welserum misi libellum (6). Denique mi Pater si tuis operibus accedere possit aliquid nunquam adhuc editum valde editio haec commendaretur. Non dubito quin huiusmodi multa apud se detineat. Et quid prohibet saltem tomum miscellaneorum accedere? (7) Id typographum valde animaret, quem sumptum 6000 florenorum facile oportet impendere. Quaeso me hoc afficiat gaudio et scribat quid sperare debeam. Excitabit etiam me, quem non parva occupatio premet ex hac editione, quam amore communis boni et tui causa libenter sustinebo. Cuperem etiam scire an possint pretio, et quonam obtineri figurae Gnomonices et astrolabii, quae valde sunt laboriosae (8). quod si possent haberi et D. Hierat intelligeret conditionem, haud dubie cum dicto librario alla Nave ageret. Vale mi Pater, vive, et deum pro me ora. Moguntiae 7 Octobris anno 1609.

R. V. servus in Christo

Ioannes Reinhardus Ziglerus

248v Reverendo Patri in Christo
P. Christophoro Clavio
Societatis Iesu Sacerdoti.
Romam.

Giovanni Antonio Rubino (1) a Christoph Clavius in Roma
 Chandragiri 25 ottobre 1609
 APUG 529 cc. 37r-37v
 Autografa

37r M<olt>o Rev.do in Christo Padre,
 Pax Christi etc.

Ringratio infinitamente V. R. della buona memoria ch'ha di questo suo minimo servo nel Signore, e non sò quando potrò essere grato, e corrispondere a tanti beneficii, et amore, che V. R. mi porta (2). Ricevei quest'anno la sua Geometria pratica, che V. R. mi fece charità di mandarmi (3); la lessi non una, ma più volte per la molta suavità, e gusto, che ne ricevevo in legerla con tanta varietà, et artificio d'operat<ion>i, et invent<ion>i, si per via de sini, tangenti e secanti, come per altri modi senza necessità de numeri. Credo ch'in Europa haveva quest'opera d'essere sommamente accetta, perche se bene molti ne trattarono, con t<ut>to ciò niuno ne trattò perfettamente, ma V. R. exemit omnem scrupulum et omnem dubitationem, e tirò affatto la sete, che si poteva havere del modo di misurare qualsivoglia altezza, distanza, profondeza, etc. Io me ne stò in questo gran Regno di Bisnagà (4) procurando la conversione di queste anime, ma per adesso clausa est ianua, stiamo aspettando, ch'il Signore l'apra, accioche si salvino tant'anime, che si miserabilmente se ne vanno all'Inferno. Questi Bramani, che sono i letterati di questo regno sono molto dati alla cognit<ion>e delli movi<men>ti, et aspeti delli pianeti, e stelle, e principalmente di 27. per le quali si governano e reggono, e V. R. si stupirà come predicono l'hora, e minuto degl'eclissi cosi del sole, come della luna, con non sapere il modo come si faccino gl'eclipsi. Io pensai molte volte di farmi dichiarare il modo con che tirano gl'aspetti delli pianeti, ma non fù mai possibile à volermelo dichiarare, e le cose che sanno non le vogliono insegnare ad altri, se non a suoi parenti, et in secreto. Adesso duoi anni sono feci una descritt<ion>e di t<ut>to il mondo con una breve dichiarat<io>ne in questa lingua badagà (5), di t<ut>te le prov<inc>e, regni, e città principali del mundo, del che questi restorono stupiti. Al presente vò facendo la descritt<ion>e di t<ut>to questo regno, finita, che l'havrò, la mandarò a V. R. (6) Per ritrovare la longhezza di queste terre, e città mi servii di due, o tre eclipsi della luna,

calcolate al meridiano di Venetia, e cavate dall'effemeridi del Magino, ma stò sempre con qualche scrupolo, perche ritrovo che l'effemeridi del Magino errano spessissime volte non sola<men>te in minuti, m'in hore intiere (7). Per questo desiderarei d'haver altre effemeridi, per far la cosa più certa, se V. R. me le potesse mandare mi farebbe grandissima charità. Ma niuna cosa desidero più, che l'Astrolabio di V. R. (8), il quale non si ritrova in tutte l'Indie. He²⁶⁵ necess<ari>o che V. R. mi facci elemosina d'uno, e perdonimi l'audatia, che l'eccellenza del libro me lo fà chiedere. V. R. non si scordi di questo suo minimo servo, e facciammi sempre parte dell'opere che stamparà, che mi saranno di grandissima consolat<ion>e, e vegga s'in questi paesi posso qualche cosa, ch'il tutto farò con grandissima allegrezza e piac[ere.] Finisco²⁶⁶ con dimandarli una beneditt<ion>e, e con raccomandarmi nelli santi Sacrificii, et orationi di V. R. Di Chandrepi città del Regno di Bisnagà li 25 d'ottobre del 1609.

Di V. R. Minimo servo nel Signore

Gio: Ant.o Rubino

37v Al Mto Rev.do in Christo Padre,
Il Padre Christofforo Clavio
della Comp.a di Giesù.
Roma.
1.a via

Ioan. Antonius Rubinus²⁶⁷

²⁶⁵ He: sic; scil. E'

²⁶⁶ post Finisco: del. di

²⁶⁷ Ioan. ... Rubinus: alia manus scr.

Johann Reinhard Ziegler a Christoph Clavius in Roma
 Mainz 1 dicembre 1609
 APUG 530 cc. 252r-252v
 Autografa

252r Reverende in Christo Pater,
 Pax Christi.

Iam quintam ad R. V. scribo epistolam, nec quidquam re-
 sponsi accipio (1). Tamen non despero. Ego. R. V. servus sum
 voluntarius, amore Societatis et Matheseos. Doleo mihi impo-
 situm regimem Collegii Moguntini (2), quo minus potero vacare
 editioni operum vestrorum hoc tamen solatii est, quod non de-
 erit qui iuvet meus olim in mathematicis discipulus, qui e-
 gregie profecit (3). Spero me brevi missurum primum tomum no-
 vae editionis. Optaram aliis literis, ut R. V. aliquid adde-
 ret hactenus numquam editum, et si placeret esset unus tomus
 miscellaneorum (4). Non dubito quin multa huiusmodi apud R.
 V. ram lateant quae alias sunt peritura. Scripsi R. V. alias
 me tradidisse editionem operum vestrorum D. Antonio Hierat,
 Bibliopolae Coloniensi, viro opulento et liberali. nam Mogun-
 tinus typographus typos praestabit, sed sumptibus ob varia
 infortunia non est par (5). Optamus a vobis accipere figuras
 pro Gnomonicis et Astrolabio pro pretio (6). D. Hierat agit
 per quendam Romanum librarium Alla Nave, forte notum R. V.
 (rogo ut cum eodem Bibliopola de hac re R. V. agat) (7). Ego
 R. V. omnem meam operam offero, eamque in Domino rogo ut bre-
 vi mihi respondeat. Misit ad me Marcus Velserus scriptum R.
 V. contra Germanum. Factum bonum (8). Sic conveniebat, et
 tacente R. V. ego loquuturus eram. licet forte impar oneri.
 Sed solabatur bona causa. et calculus hominis non semper fi-
 dus. Licet illi Verba volent, R. P. Odonem Malcot (9) ex me
 salutet. Et vestris rogo literis me exhilarate. Brevi videbi-
 tis Germanianam refutationem nostris typis transcriptam
 (10). Vale mi Pater et deum pro me ora. Moguntiae calend. de-
 cemb. a. 1609.


R. V. servus in Christo

Ioannes Reinhardus Zieglerus

252v Reverendo in Christo Patri
 P. Christophoro Clavio
 Societatis Iesu Sacerdoti.
 Romam

Ippolito Giannotti (1) a Christoph Clavius in Roma
 Siena 7 dicembre 1609
 APUG 529 c. 204r-v
 Autografa

204r Molto Rev.do in Christo Padre
 Pax Christi

Non vorrei già avere cento vitelli per fare un ecatombe pitagorica; ma ben si cento passacantando, per dedicare alla sua matematicissima R; acciò con varietà di canti figurati cantassero sopra una bella scena le sue lodi; et per me solo un bordon falso; falso dico, acciò non mi rompesse l'ossa, se qualche magnate volesse in tanta festa trattarmi da poltrone, ò da forfante (2). Questa mia voglia nasce dall'haver io hiersera con l'aiuto delle sue parabole, et dell'ellipsi, mentre stavo co'l cervello in eclipsi, ritrovato il tanto poco saputo modo di tornire ad Ovato. e non pare dunque degna la mia brama, se solo da desiderio di ringratiarla nasce, et di degnamente lodarla? Non si pensi che questa sia solo speculata (che fu solo in un quarto d'hora di hieri) ma questa mattina l'hò praticata con un torno d'archetto; et ho fatto ovati in legno, et in carta; il primo de'quali mando a S. R. come primitia (3); se ben malfatto, per essere stato debole il primo stromento, et di cartone; qual subito rifeci in legno. et non solo figure elliptiche con questo mio girativo stromento si formano tanto in concavo, quanto in convesso, ma altre molto più strane, et innominate come questa  , et d'altre sorti bellissime: Il tutto si fa

con moto duplicato in contrario. Hor tenghilo nascosto chi vuole: io per me stò per farlo sapere a tutti i tornitori di Siena; rumpantur ut ilia Codro (4). Di Siena 7. deceb.²⁶⁵ 1609

Servo suo nel Sig.re

Hippolito Gianotti

204v Al Molto Rev.do in Christo Padre.
 Il Padre Christoforo Clavio
 della Comp.a di Giesù.
 Roma 2

Christoph Clavius a Johann Hartmann Beyer in Frankfurt
 Roma 19 dicembre 1609
 Frankfurt am Main, Stadt- und Universitätsbibliothek
 Ms. Ff. J.H. Beyer A 22-23, 35r-v.
 Autografa

35r Doctissime, et excellentissime Doctor Ioannes Hartmanne.

Accepi non ita pridem munus tuum ad me missum, hoc est Stereometrica tua (1). quod munus mihi fuit gratissimum, et pro quo gratias tibi ago, quam possum, maximas. Aveo videre secundam editionem (2) cum illis additamentis, quae ad me scripsisti. Unum est, quod in te miror ^{*269}. cur videlicet dubites, an quadratura circuli possibilis sit, nec ne (3): et quod magis miror est, quod in partem eam inclinare videris, non esse possibilem. Quae nam est causa huius impossibilitatis? num quod circulus est figura curvilinea, et quadratum rectilinea? Sed huic obstat, quod Hipocrates Lunulam omnino curvilineam quadravit, et Archimedes parabolam, et ellipsim. Deinde si detur linea recta circulari aequalis, demonstravit Archimedes, qua ratione circulus quadrandus sit. Non esse autem impossibile, dari rectam lineam circulari aequalem, docet nos quadratrix linea, et Helica Archimedis. Ego sane nullo modo dubitare possum de possibilitate quadraturae [circulli. Computum Germani (4) vidi, et examinavi, eumque confutavi. credo confutationem iam esse [...] Moguntiae. Vale vir doctissime, et ut cepisti, me inter tuos familiares annumera.

[Romae] 19. Decembris anni 1609.

Tibi addictissimus in D<omin>o

Christophorus clavius

* Johannes Keplerus, Caesaris mathematicus, in suis ad me literis, Pragae 6/16 Novemb. A.i 1608 (5), in examine quadraturae Hugelianaе, exaratis, ita scribit: Unum valde

²⁶⁹ *Signum * addidit Beyer*

miror; virum, geometrico ingenio, induci posse ad facile
credendum, circulum quadrari posse.²⁷⁰

35v Doctissimo viro, et Medico,
ac Mathematico excellentissimo
Ioanni Hartmanno Bäyero.
Francofurti ad Moenum.

Dabantur Romae: 19 Decembr: 1609: a R. Patre
Christophoro Clavio, Societatis Iesu. Gratias mihi agit, pro
Stereometricis meis. Quadraturam circuli esse possibilem:
quia circulari lineae dari possit recta aequalis. Computi
Ioh. Germani confutationem scripsit, et iam sub praelo esse
putat Moguntiae.²⁷¹

313

Mark Welser a Christoph Clavius in Roma
Augsburg 12 marzo 1610
APUG 529 cc. 72r-72v
Autografa

72r Molto R.do s.or P. oss.mo.

Ebbi da Magonza un tramesso con 25. copie della risposta
di V. R.za scritta contra il Germano (1), quale le inviarò
con qualche commodità di mercanzie, Se bene mi dispiace che
sogliono esser rade e lunghe. Con questa occas<ion>e non
posso mancare di ricordarle, che da Padova mi viene scritto
per cosa certa e sicura, che il S.or Galileo Galilei
Mathematico di quello studio, ha ritrovato coll'istromento
novo, da molti nominato Visorio, del quale egli si fa autore,
quattro pianeti, novi quanto a noi, non essendo mai stati

²⁷⁰ * Johannes Keplerus ...quadrari posse: scripsit Beyer

²⁷¹ Dabantur Romae: 19 Decembr: ... esse putat Moguntiae:
scripsit Beyer

visti, per quanto si habbia notizia, da huomo mortale, con di piu molte stelle fisse, non conosciute ne viste p<rim>a e circa la via lattea mirabilia (2). Io sò molto bene, che tarde credere est nervus sapientiae, però non mi risolvo a nulla, Ma prego V. R.za che mene dia in confidenza liberamente la sua opinione intorno questo fatto (3). E con bacciarle la mano, mi raccom<and>o alle sue s.te orat<ion>i. Iddio la felicitì. Di Augusta a' 12 di Marzo 1610.

Di V.a R.za Affett.mo servitore

Marco Velseri

72v Al mto R.do s.or mio Oss.mo
il s.or P. Cristoffano Clavio
della [C]ompagnia di Giesù.

314

Gaspare Catalani (1) to Christoph Clavius in Rome
Palermo 19 maggio 1610
APUG 529 cc. 236r-237v
Autografa

236r Molto R. Sig.e mio Oss.o

Supplicai a V. S. M. R. questi giorni passati restasse servita con il suo prudentissimo giuditio dirne quello conoscesse sopra quel calculo mandai con mio fr<at>ello del 3.o ordine di S. Franc<esc>o stà in Campo Vaccino (2) nel qual calculo dimostro che Il sconto di #onze# 71.20 causato in mese 1. alla ragione di 10 per 100 all'anno à sconto semplice, è tari 16. gr.a 5 d.i 4 6/11. ed anco dimostro Il sconto di dette onze #onze# 71.20 causato in mesi 4. pure alla ragione di 10. per 100 all'anno à sconto semplice essere onze #onze# 2 d.ri 5. gr.a 3 2/11.

La parte negativa forma questa proposta dicendo.

S'onze 103 1/3 tornano onze 100. onze. 71 d.ri 20. quanto torniranno?

e conforme a tal proposta torniranno #onze# 69.10.12.5. e non tengono il rotto. li quali deducono dall'onze #onze# 71.20 e ne restano onze #onze# 2. d.ri 9. gr.a 7 e d.ri 1. e questo dicono essere il sconto d'onze# 71.20. causato in mesi 4. à rag<ion>e di 10 per 100 all'anno semplicemente. Dopò dividono per 4 l'onze #onze# 2. tt.ri 9. gr. 7 e d.ri 1. e ne vengono tt.ri 17. gr.a 6 e d.ri 4 3/4. e questo dicono essere il sconto d'onze #onze# 71 d.ri 20. causato in mese 1. a rag<ion>e di 10. per 100. all'anno semplicemente.

Hor quanto questo sia error falsissimo, e dalla verità lontano, non solo V. S. M. R. il conosce, e vede, mà io ne dirò qualche ne conosco, Essendo che ogni regola over questione così di merito come di sconto, è composta da due cose cioe dal tempo, e dal denaro, la onde il 103 1/3 non è di questa proprietà mà solo è composto da Capitale, e guadagno, sicome per tal proposta il 71. e 20. doventa pure capitale, e guadagno. mà il vero termine, è il 110. composto da capitale, e sconto causato dal tempo d'anno 1. e così per si fatta proposta il 71. et 20. doventa anco capitale, e sconto, causato pure nel tempo d'anno 1., e tanto più si vede chiaro questo quanto che l'onze #onze# 69. tt. 10. g. 12. d.ri 5. sono il semplice capitale d'onze #onze# 2. tt. 9. g. 7. d.ri 1. li quali sono il guadagno fatto da dette #onze# 69.tt. 10. gr. 12. d.ri 5. alla rag<ion>e d'onze# 3 1/3 per 100. sicome da questa general proposta si potra vedere.

Uno comprò una mercantia per tanto, che havendola poi rivenduta per onze #onze# 71. e tt.ri 20. guadagnò à onze #onze# 3 1/3 per 100. Si dimanda per quanto la comprò, e quanto vi guadagnò? Il che oprando si somma il 100 con il 3 1/3 e si fà 103 1/3 e dopò si propone la regola del 3 in questa forma. S'onze #onze# 103 1/3, capitale, e guadagno, erano onze #onze# 100. di capitale, l'onze #onze# 71 e tt.ri 20. di capitale, e guadagno quanto erano prima in capitale; ed oprando si trovirà ch'erano in capitale onze #onze# 69.10.12.5 13/31 e che guadagnano alla rag<ion>e d'onze #onze# 3 1/3 per 100. onze #onze# 2.9.7.- 18/31. e perciò si vede tal proposta non essere, ne merito, ne sconto; mà solam<en>te una semplice proposta delli guadagni per 100. dell'arte traficatoria.

possiamo dire essere stelle distinte (2).

Alla 3.a E' verissimo che Venere si scema, et cresce come la Luna, et havendola noi vista quasi piena, quando era vespertina, habbiamo osservato, che à puoco, à puoco andava³¹⁰ mancando la parte illuminata, che sempre guardava il Sole, diventando tutta via più cornicolata. Et osservatala poi matutina, dopò³¹¹ la congiunzione col Sole, l'habbiamo veduta cornicolata con la parte illuminata verso il Sole. Et hora v' sempre crescendo secondo il lume, et mancando secondo il diametro visuale.

Alla 4.a non si può negare la grande inequalità della Luna; ma pare al P. Clavio più probabile che non sia la superficie inequale, ma più presto che il corpo lunare non sia denso uniformemente, et che habbia parti più dense, et più rare, come sono le macchie ordinarie, che si vedono con la vista naturale (3). Altri pensano essere veramente inequale la superficie: ma infin hora noi non habbiamo intorno a questo tanta certezza, che lo possiamo affermare indubitatamente.

Alla 5.a Si veggono intorno à Giove quattro stelle, che velocissimamente si movono hora tutte verso levante; hora tutte verso ponente (et quando parte verso levante, et quando parte verso ponente) in linea quasi retta. le quali non ponno essere stelle fisse poiche hanno moto velocissimo, et diversissimo dalle stelle fisse; et sempre mutano le distanze fra di loro, et Giove (4).

Questo è quanto ci occorre in risposta alle domande di V. S. Ill.ma] alla quale facendo humilissima riverenza, preghiamo dal Sig.r compiuta felicità. Dal Collegio Romano, li 24 d'Aprile 161[1.]

Di V. S. Ill.ma et R.ma Indegni Servi in Christo

Christoforo Clavio

Christoforo Grienberger

Odo Malcotio

Gio: Paolo Lembo (5)

Attestazione de' PP.i Giesuiti al Rever.mo Card.
Bellarmino.³¹²

310 *post andava: del. andava*

311 *dopò: sic*

312 *Attestazione ... Bellarmino: scr. Galileo*

Johann Reinhard Ziegler [*sub nomine Clavii*] a
 Johann Gottfried von Aschhausen (1) [in Bamberg]
 Roma [Mainz] 1 maggio 1611
 Edita in CLAVIUS:1611-12, I

Reverendissimo ac Illustrissimo Principi ac Domino,
 Domino Ioanni Godefrido Episcopo Bambergensi, et Ecclesiae
 Metropolitanae Herbipolensis Praeposito, etc. Domino suo
 Clamentissimo. Christophorus Clavius Bambergensis e Societate
 Iesu.

Quando ita Deo immortalis visum sit, Reverendissime et
 Illustrissime Princeps, ut me singulari beneficio ad eam ae-
 tatem vivendo pervenire vellet, quam aut veterascentis mundi
 vitio, quod perinde ut rerum omnium, ita Naturae ipsius prima
 vis et efficacitas paulatim languescat: aut, quod ego magis
 crediderim, unius Dei arbitrio et dispensatione non admodum
 multos hac tempestate videmus attingere: hoc mihi longe gra-
 tissimum accidit, quod cum reliquis mortalibus ita fere con-
 tingat, ut dum hoc in procelloso mari navigant, omnes vitae
 calamitates ac miseriae in extremam eius partem tanquam in
 sentinam quandam confluant, ego adeo contrarium experiar, ut
 nulla vitae meae pars maiore quam haec decrepita senectus
 gaudio et voluptate cumulata extiterit. Non ego quidem prae-
 ter hominum morem et communem fortunam beatus, ab iis unquam
 malis eximius et immunis fui, quibuscum tum reliqua vita, tum
 maxime exanguis haec et effoeta quam dego aetas conflictari
 solet: sed quicquid id est quod communiter omnes patimur, ego
 iam ita facile tolero, ut omnem doloris sensum amisisse vi-
 dear. Nam cum ante nihil unquam optarem magis, quam ut Bam-
 bergensis Ecclesiae, in qua natus fueram et educatus, quam
 maxime incolumem statum viderem, frequenter primos eius na-
 scentis ortus et incunabula inde a sancti Ottonis (2) felici-
 bus auspiciis animo recolens arcessebam, et per omnem supe-
 riorum temporum memoriam incedendo adolescentiam illius et
 maturitatem ad hos usque annos prosequabar. et licet eam pa-
 ribus semper cum aetate incrementis ad immortalem gloriam,
 suique nominis dignitate adolevisse compererim; ut nihil mi-
 nus timendum videretur, quam ut ab optimis maiorum institutis
 aliquando descisceret: fecit tamen horum temporum iniquitas,
 ut cum vicinae circum gentes pestifera hereseos lue infice-
 rentur, religionem illa quidem constantissime semper tuere-
 tur, non parum tamen boni omnes metuerunt, ne sicut vitiato
 coelo morbos difficillime caveri videmus: ita si quae eius,
 quam haeretici comminiscuntur, licentiae aura pestilens ali-
 cunde afflasset, ut maxime ipsam doctrina aversaretur, morum
 tamen et solutae disciplinae pravitati populus minime malus

assuesceret. quibus rebus fiebat, ut ego, qui patriam vita mea cariorem habebam, cum F.M. Reverendiss. ac Illustriss. Principem Ioannem Philippum (3) antecessorem tuum a Deo ex hac vita evocatum esse cognovissem, omnino faciendum mihi putarim, ut quanto possem studio destitutae pastore suo Ecclesiae viduitatem Deo commendarem, ut difficilimis hisce temporibus eum maxime praesidem consequeretur, cui plurimum animi et virtutis esset ad profligandos qua haeresios, qua vitiorum omnium ingruentes morbos. Haec me cura cum pro eo, ac debuit gravissime angeret, ecce tibi non obscuris primum rumoribus, ut fieri amat, sed communi orbis Christiani plausu de tua felicissima inauguratione ad me allatum fuit (4). quo nuntio ita repente exultare gaudio coepi, ut abiecta, qua potissimum premebar, aetatis gravedine instar Aesonis ad primum iuventutis florem rediisse mihi viderer. Itaque sublatis in coelum manibus Deo gratulatus sum, quod non ante extremum diem obire me voluerit, quam tanto bono potitus essem: ut iam adducta in tutum patriae salute idem pene mihi eveniat, quod illi seni Evangelico, qui conspecto mundi salvatore laetus supremum diem operiebatur (5). Mentiar ego, si quicquam aliter ac sentio loquor; nec vereor, ut quis me huius aliquando culpae reum faciat. Nam praeterquam quod iam id aetatis sum, ut nihil leviter affirmare velle videri debeam, tam est illustris et testata omnium ordinum atque aetatum de Tua Virtute opinio, ut quod privati amoris causa dixisse videri poteram, id mecum omnes mali iuxta ac boni sentiant. Est enim, mihi crede, est aliqua virtus, quae supra omnem malevolorum obtrectandi libidinem tantum emineat, ut sicut altissimi montes supra nubes toto vertice emicare solent, nec unquam ventorum imbriumque tempestatem experiuntur; ita illa serena semper et tranquilla omnes maledicentiae nimbos quam longissime excedat. Hoc modo factum est, ut cum primum maximo Reipublicae Christianae bono Episcopali dignitate auctus nunciareris, nemo inventus sit aut ita a veritate alienus, aut bono publico tam infensus, qui non eum tibi honorem meritissimo collatum fateretur. quin omnium idem erat animus, vox eadem, iam inde a Sanct. Ottonis temporibus feliciorum Bambergensi Ecclesiae diem non illuxisse, quam eam qua te praesulem consecuta esset. in te uno esse omnia: tuis potissimum auspiciis rem feliciter geri posse, facienda Deo vota esse, ut hoc suum beneficium quam maxime diurnum esse velit. In qua communi laetitia et congratulatione aliquem mihi locum esse debere nemo iure negaverit: nam quis moleste ferat, si quod obnixe Deum immortalem fui precatus, ut eum maxime summae rei praeesse vellet, qui laboranti patriae inprimis subsidio esse posset, id me summo beneficio consecutum esse palam prae me fero: si quod omnium populorum sermonibus celebratur, id ego solus non taceo: si de felicissimo patriae statu factus certior, gaudii mei vim premere non possum. Quod si omnem superiorem vitam nullis literis in publicum notus silendo et latendo agitassem, venia tamen danda foret, si illa orbis universi acclamatione et plausu excitatus me non tenerem, quin aliquid et festivitatis celebrandae, et voluntatis testificandae meae causa tanquam cygnea voce natura magis quam arte cultum modularer. Nunc quando aliquod inter literatos nomen merui, exiguum

quidem illud fortasse, quod tamen ad posteros perventurum putem, committere non debui, quin meum erga patriam amorem, et tui nominis colendi studium quam maxime possem illustri documento testatum relinquerem. Id vero ut liberius faciam, tum rei magnitudo postulat, tum Basili Magni (6) exemplo et auctoritate stimulari me sentio. Ille cum de Sanct. Ambrosio cognovisset, quod in Episcopum Mediolanensem esset electus, hominem quem ante nunquam viderat, sola virtutis fama commendatum non sua magis, quam Reipublicae Christianae causa vehementer adamare, et summo illius temporis bono tanquam de coelo lapsum praedicare coepit. Glorificavimus, inquit, Deum nostrum, qui ex quavis mortalium generatione eos qui sibi placuerint, deligit. qui olim quidem ex pastoribus ovium populo suo principem excitavit, et Amos de grege caprarum sumptum Spiritu suo instruxit, et ad propheticam dignitatem extulit: nunc vero virum ex urbe regia, cui totius gentis principatus concreditus erat, sapientia sublimem, generis claritate, vitae splendore, orandi facultate, et rebus saecularibus illustrem ad gregum Christi pasturam traxit, qui proiectis huius vitae opibus universis, proque damno habitis, ut Christum lucrifaceret, commissa sibi magni ac praeclari navigii, Ecclesiae videlicet Dei, in fide Christi gubernacula accepit. age igitur o homo Dei, quandoquidem non ab hominibus accepisti, aut doctus es Evangelium Christi, sed ipse te dominus e medio iudicum terrae desumptum ad praesidentiam Apostolicam transtulit, certa bonum certamen, corrige ac moderare infirmitatem populi, si qua Arianæ vesaniae labefactus est, renova prisca patrum vestigia, etc. Intelligis credo Reverendissime et Illustrissime Princeps, quam haec in te omnia ad unguem conveniant. quod si tamen pro ea, qua plurimum commendaris, modestia, diversum a me sentis, non molestus ero pudori tuo, nec praeter eorum qui te intimius norunt testificationem aliquid amplius requiram. Hoc patere me aliquanto dicere apertius, quod D. Basilius extremis verbis admonebat. antiquos ille mores et religionem instaurari, et grassantem ea tempestate Arianam haeresin volebat ex hominum animis extirpari. Utrumque sibi pollicebantur omnes futurum, cum primum de tua Electione cognovissent. Nunc illud feliciter inchoatum, et incredibili celeritate magnam partem transactum videmus. redit postliminio, proscripita vitiorum colluvie, antiqua pietas, restituitur vitae integritas, et veteris disciplinae renovantur exempla. illud vero quantam laudem meretur, quod primo loco libenter commemorassem, nisi publici boni rationem ego potiosem habuissem. est tamen eiusmodi, ut a communi utilitate non admodum seiunctum esse videatur. Cum inter ea, quae a S. Ottone praeclare gesta sunt, illud eximium sit et singulare, quod sub primis statim initiis, quando Ecclesiarum fortunae tenuiores esse solent, quam ut ad magnos sumptus faciendos sufficiant, amplissima tamen religiosorum hominum domicilia multis in locis erexerit, et annuis vectigalibus locupletarit: nihil tibi antiquius fuit, quam ne hoc unum deesset, quod ex eius praeclaris facinoribus non esses imitatus. itaque cum primum difficultates, quae obstabant, superare potuisti, Societatem Iesu, quam a puero toto semper animo complexus fueras, Bambergae sedem habere, et perpetuis redditibus

auctam esse voluisti (7). Cuius beneficentiae tuae etsi tibi certum est, quam ampla sint a Deo praemia constituta, ut a nobis nihil admodum desideres: faciet tamen, ut spero, Societas, ut huius te beneficii nullo unquam tempore poenitere possit. Ego vero cum quidam e collegio Moguntino Societatis nostrae Patres pro suo in Mathematicas disciplinas insigni studio et amore ad opera mea omnia colligenda, quae ut apud me nata erant et in lucem edita, ita in plures partes distracta circumferebantur, et suo quaeque ordine et loco distribuenda ac typis exprimenda operam mihi suam et laborem obtulissent (8), nihil cunctandum ratus, collaudata eorum voluntate, ut rem magno animo aggredere, adhortatus sum. quin memetipse excutiens cum tua causa omnia me debere intelligerem, omnia posse existimans, ut quam maturrime perficeretur quod tuo Nomini dedicare cogitabam, ipse manum operi admovi, et licet graviter affecta iam aetate, qua tamen maxima potuit fieri celeritate, omnes libros a principio ad finem recensui, sublatisque Typographorum erroribus multarum eos rerum accessione, quibus in locis maxime oportunitate videbatur, locupletavi. Hos igitur, Reverendissime et Illustrissime Princeps, tanquam uno fasciculo colligatos studiorum meorum fructus, tuis quidem magnis promeritis nullo modo pares; meae vero et universae Societatis observantiae et amoris ad posteritatem locupletissimos testes, ultima voluntate Nomini tuo consecro dedicoque. Quos si tibi gratos fuisse cognovero, magnam vitae et laborum mercedem ac praemium tulisse me arbitror. Quod reliquum est, Reverendissime et Illustrissime Princeps, Deum oro, ut quando non uni Tibi, sed totius Reipublicae Christianae summo bono natus es, non Tua magis, quam illius causa, te quam diutissime superstitem esse velit.

Romae Kal. Maii, Anno M.DC.XI.

333

Ludovico delle Colombe (1) a Christoph Clavius [in Roma]
Firenze 27 maggio 1611
GALILEI: 1968, XI, p. 118

Molto Rev. Sig. mio,

Ho veduto la risposta che le Paternità vostre danno all'Illustriss. Cardinale Belarmino (2); e mi piace ch'ella in particolare non approvi che la luna sia di superficie

ineguale e montuosa, come crede e vorrebbe persuadere il Sig. Galileo. Quelle montuosità che appaiono nella luna, possono essere vere, perchè mostrano, dall'ombra e lumi e dalle mutazioni di quelle, che siano reali e abbiano le dimensioni corporee, e non siano solo superficiali, come se dipinte fossero. Ma il punto consiste più della differenza tra me ed il Sig. Galileo, ch'egli tiene ch'elle siano nella superficie, a guisa della terra ch'è circondata dall'aria; ed io tengo ch'elle siano per entro quel corpo, e non nella superficie, perchè sono parti più dense, e il restante del corpo sia ripieno di parti più rare, sicchè sia tutto un corpo, con una sola superficie liscia e in niuna parte diseguale o dentata; ma perchè il senso viene in tanta distanza inganando, non si vedendo quelle parti rare, perchè il sole non vi riflette con i suoi raggi, di qui è che quel corpo pare ineguale, e non polito e sferico, perchè non si termina la vista in quelle parti; siccome farebbe una gran palla di cristallo, dentro la quale fossero molte varietà di figure fatte di smalto bianco, ed esposta in alto lontana dai nostri occhi, che non parrebbe tonda, non si vedendo le parti pure di quel cristallo, siccome non si vede la pioggia guardando verso il cielo. Dubito ancora che Saturno non possa essere ovato, ma che appaia tale perchè quelle stelle a lui congiunte siano veramente staccate, ma non si possa qua giù vedere, ovvero per cagione di parti più rare che siano in quel corpo, o per causa del moto, o ch'altro si sia (3). Mi muovo a dir questo, perchè nei corpi celesti, dove non è la mistione, non v'è ragione d'inegualità di figura, massimamente ch'essendo la figura sferica la più perfetta, è conveniente che l'abbiano i corpi e globi celesti; e tanto più quanto sono più supremi. Desidero ch'ella mi degni di qualche risposta, acciocchè io insieme impari e sii onorato da lei (4); e mi comandi, che la servirò di cuore. E le bacio le mani.

Di Firenze, alli 27 di Maggio 1611.

Di V.P.molto R.

Servit. Affezionatiss.

Lodovico delle Colombe.

Christoph Clavius a Johann Gottfried von Aschhausen [in Bamberg]
Roma 1611

Edita in CLAVIUS:1611-12, III (1)

Reverendissimo ac Illustrissimo Principi ac Domino, D. Ioanni Godefrido Episcopo Bambergensi, et Ecclesiae Metropolitanae Herbipolensis Praeposito, etc. Domino suo Clementissimo Christophorus Clavius Bambergensis e Societate Iesu.

Valde mihi gratulatus sum, reverendissime et Illustrissime Princeps, quod per idem tempus tertius hic meus Mathematicarum lucubrationum Tomus posterioribus curis ad umbilicum perductus manumitti a me, et publici iuris fieri flagitaret, quo tu non multo post, quam ad Ecclesiae Bambergensis gubernacula accesseras (2), rebus omnibus domi celeriter constitutis, difficillimis anni temporibus, magnisque itineribus in Carinthiam abiisti, ut quod officium est seduli Pastoris, longe semotas ab ovili oves tuas benigne invisens coram ipse cognosceres, quibus aut periculis expositae, aut etiam molestiis oppressae qua potissimum ope tua indigerent. Nam cum ego de eorum, qui tuo imperio parent, incredibili studio intelligerem, quo te absentem primum expectarunt, deinde advenientem exceperunt, praesentem vero omnibus officii generibus, ut subditos facere par erat, coluerunt, ac demum abeuntem non aliis muneribus magis, quam suspiriis et lachrymis prosecuti sunt: admodum gavisus fui, quod in partem venire, et cum eorum obsequiis meam erga te observantiam possem coniungere. Illi quod olim Henrico Imperatori, qui primus Ecclesiam Bambergensem instituit (3), cum per eas regiones in Longobardiam iret, praestiterant; idem tibi tanto maiore studio, quanto meliore causa praestiterunt, illum armatum forte timuerant; te in toga nullo modo metuendum, virtutum fama, quam belli terrore celebriorem amare tantum potuerunt, illum Germaniae potentissimum Monarcham merito venerati sunt: te Dominum suum, Antistitem, et benignissimum Pastorem, et ut ad eorum sensum, atque adeo rei veritatem propius accedam, dulcissimum Parentem toto animo complecti debuerunt. Mihi vero nescio an non amoris et Reverentiae causae graviores sint eae, quas iam ante Tomo primo commemoravi (4). Accipies igitur Reverendissime et Illustrissime Princeps, hoc meum tertium munus, quod in patriam reduci offero eo animo, quo tibi vel venienti Carinthii fidem suam et obsequia obtulerunt, vel redeunti Bambergenses de felici itinere non tua magis, quam sua causa gratulati fuere. Vale et tibi et Orthodoxae religioni. Romae anno Domini M.DC.XI.

Christoph Clavius a Johann Gottfried von Aschhausen [in Bamberg]
 Roma 1 Gennaio 1612
 Edita in CLAVIUS:1611-12, IV (1)

Reverendissimo ac Illustrissimo Principi ac Domino,
 Domino Ioanni Godefrido Episcopo Bambergensi, et Cathedralis
 Ecclesiae Herbipolensis Praeposito, etc. Domino suo
 clementissimo, Christophorus Clavius Bambergensis e Societate
 Iesu, perpetuam felicitatem.

Si ad id, quod ex tua felicissima Inauguratione cepi
 gaudium, Reverendissime ac Illustrissime Princeps, hoc mihi
 beneficium Deus Opt. Max. addidisset, ut quos Nomini tuo et
 gloriae consecraram studiorum meorum fructus, mea etiam manu
 coram ipse offerre potuissem; ad eam, quae nobis mortalibus
 obtingere solet, felicitatem nihil admodum defuisse mihi ar-
 bitrarer: Nam quid in vita mihi potuisset accidere iucundius,
 quam ut Bambergensem Ecclesiam, a qua non mea voluntate mag-
 is, quam Dei dispensatione multis iam annis absum (2), eo in
 statu oculis ipse meis intuerer, quem ut aliquando obtineret,
 quotidianis a Deo precibus flagitare eram solitus? quid vero
 optatius, quam ut libros meos coram ipse commendarem ei, cui
 pene soli, quantum id est, bonum, quod tanto Christiani orbis
 plausu celebratur, acceptum referimus. Quia vero et locorum
 intervallo impediatur, et ingravescentis senectutis lecto
 me affixum detinet, vices meas delegavi reverendo Patri Ioan-
 ni Reinhardo Zieglero, ut qui pro suo in Mathematicas disci-
 plinas insigni amore plurimum operae et laboris in edendis
 Commentariis meis collocavit, eosdem Celsitudini tuae meo no-
 mine offerat (3). A quo ut eodem amore et benevolentia, qua
 reliquos Tomos suscepisti, hunc etiam, qui de Horologiis
 Sciothericis agit, ita accipere velis, ac si ex mea manu da-
 retur, etiam atque etiam oro et obsecro. Multa hoc libro di-
 sputo de Solis ortu et occasu; quo temporis momento ab infe-
 riore mundo remeans Horizontem ille nostrum attingat: qua mo-
 tus celeritate inde sursum enitatur, et in medium usque coe-
 lum evadat, unde pleno die pulcherrimus nitet, et calore suo
 emorientis Naturae vires instaurat: Cuius quidem rei eo mihi
 solet esse iucundior recordatio, quod insignem quandam cum
 Christianis Principibus habere similitudinem videatur. Nam
 quae primo mane, cum Sol illuxerit, rerum omnium solet esse
 facies, cum abactis in latebras infaustis volucris meliores
 aves concinere occipiunt: cum herbis ac floribus sua redditur
 venustas, et hominum pecudumque generi natus in membris re-
 dit vigor: eadem fere provinciarum ac urbium solet esse com-
 mutatio, cum eiusmodi aliquis ad Imperii clavum admovetur,
 cuius tam illustria virtutum extant documenta, ut nemini du-

bium esse possit, quin eandem, quam ipse tenuerit, ab aliis vitae rationem sit exacturus. Videas tam repente erigi animos bonorum, rerum optimarum spem et consilia capere, socordiam, ac metum ponere, et palam usurpare illud Poetae:

Nil desperandum Teucro duce, et auspice Teucro (4).

Contra malos quos licentia audaciores fecerat, animis concidere, conatus suos improbos damnare, ac de fuga circumspicere. Et te quidem Reverendis. et Illustris. Princeps, nuper Solis instar felicissime orientem vidit Germania: quo tempore non te fugit, quis fuerit animus eorum, qui de patriae salute, et Christianae Reipublicae statu recte sentiunt. Hoc restat ut a Deo impetremus, ut cum ad summum Virtutis et Gloriam culmen feliciter evaseris, in eodem te gradu diutissime consistere, et quam maxime fieri potest, tardissime vellet occumbere. Romae, Anno Domini M.DC.XII. Kalend. Ianuar.

336

Francisco Sanches a Christoph Clavius in Roma
[s.d., s.l.]
APUG 530 cc. 53r-56v
Autografa

53r Sapiientissimo, piissimoque viro D. Christophoro Clavio,
Carneades philosophus. S. (1)

Etsi iamdiu est quod desperem veritatis inventionem cognitionemque in humanis, clarissime vir, eaque ratione soepius³¹³, post multos in ea inquirenda suffertos labores, quietem potius agere (statuerim), quam tot errores, qui totum occupant orbem, oppugnando, Herculeas pati aerumnas, nihilque tandem proficere quam vitam misere atterere: cum maior hominum pars errore ducatur, et veritas una sit, ut linea recta, errores vero infiniti, ut obliquae, nequeatque aliter

313 soepius: sic


fieri: tamen non possum animum continere, et propositi immemor millies extra vallum excurro, si forte possim Verum alicubi latens opprimere, redeoque toties inanis. Quid facias? Dedit Deus filiis hominum miseram hanc occupationem, ut in ea occuparentur ait Sapiens (2). Olim ergo post peragrata Physicam Methaphysicamque, neque in eis inventam veritatem, de ea percontanti responsum est a quibusdam, in medio eam loco inter naturalia, transnaturaliaque sedem posuisse, hoc est in Mathematicis. Avidus ergo et laetus huc me confero; atque quemadmodum expertus dux etiamsi patentes videat hostilis civitatis portas, non tamen temere se intrudit in urbem, sed insidias suspicatus, omnia per speculatores prius rimatur et pertentat; et in inimicam irrumpens provinciam, nullam post se relinquit hostilem turrim aut munimentum, quod non diruat et complanet; sic ego in ipso statim Mathematicarum aditu haesitare coepi, timereque dolum undecumque suspiciosus et diffidens. Nec male mihi cessit diffidentia. Sine ea enim incidissem in multos cuniculos, quibus suffossum est Mathematicum solum, non quidem tot tamque vastis ut Physicum Methaphysicumque, sed ea ratione difficilioribus periculosioribusque. Omitto quod vix Mathematicas disciplinas scientias vocare audeam, ut quae magis sensu quam mente egeant, et proinde certiores sint, si quid hic certum sit. Vera enim scientia est Deum primo, deinde Naturam eius ancillam intus et extra, ut aiunt, aut ut Aristot. rem per causas cognoscere. Collationem autem facere laterum ad latera, angulorum ad angulos, figurarum ad figuras, totius ad partes, proportionum ad proportiones, figuras alias in aliis inscribere, et denique alias utriusque quantitatis proprietates rimari, ingeniosum quidem est et solers, non tamen scientificum. Nam quod ad Astronomiam attinet, orbis concentricos, eccentricos, epicyclos, auges, trepidationem, multitudinem coelorum, qui ad minimum verbum multiplicantur, et similia omnia, tu optime figmenta fassus es (3), quod nos semper cogitaveramus, sed necessaria et utilia ad observationes et phoenomena ostendenda, ecclesiaeque oeconomiam conservandam. Quae quidem omnia falso supposito fundamento, ut videtur, Copernicus, mobilem terram, immobilesque coelos constituendo, optime direxit certissimeque, ut tu quoque asseris (4). Neque puto te non videre, ut quem nihil fugit, quam frivola sit illorum ratio industriaque, qui coelum in domos partiuntur, et multiplici facto planetarum aspectu, syderumque, miserum Neronem in primo na//tivitatis instanti pugioni addicunt: ut mirum sit quousque evadat humani ingenii temeritas, furorque. Sed redeamus ad Geometriam, quae quia regula et circino constat, videtur certissima esse debere. In ea tamen multae sunt rimae, ut apparet. Nec enim in omnibus sufficit sensus; proptereaque ubi is³¹⁴ deest, in subsidium vocatur ratio. Sed utrumque soepe³¹⁴ et coniunctum, et separatum labitur:

314 soepe: sic


praecipue vero ratio. Plurimum autem mihi valet in omnibus exactum iudicium, etiam absque omni, non dicam ratione, sed argumento probare, demonstrationeque. Multa ergo sunt in Mathematicis dubia, non solum in principiis, sed etiam in progressu. Nam primo puncta supponunt, quae dubitatur, an sint et quomodo? et lineas, et superficies; et illa indivisibilia omnino, istas secundum latitudinem, has vero secundum profunditatem. Alia etiam pro indubitatis accipiunt, ut deffinitiones aliquas, veluti anguli (de qua tu cum Peletario certas (5), et nos aliquando dubitabimus) et proportionum (de qua etiam tu cum Orontio et eodem Peletario (6)) et pronunciata, ut decimum tertium primi Euclidis, quod tu cum Gemino et Proclo ab axiomatum numero reiiicis³¹⁵ (7); et tamen cum id demonstrare conetur Proclus, petit principium, ut tu putas; et obscurior est et hic et alibi probatio quam id quod probatur: et decimum quartum (8), quod idem Proclus probat, contra principii naturam: multa denique alia, quae brevitatis causa nunc omitto, quae tamen obscura sunt, et disputationi obnoxia. Rursus quantitatem aliquam continuam indivisibilem videntur asserere, ut angulum contingentiae, contra ea quae Aristo. videtur, et creditur demonstrasse (9). De quo, si patiaris, aliquando agemus. Sus<pici>o tamen Aristotelem optimum fuisse mathematicum, nec ignorasse angulum contingentiae. Ut hinc colligas, plurimum Mathematicis suboriri negotii, quod non consentiant harum, cum iis quae traduntur in naturalibus, principia, placitaeque; et si consentiant, non tamen propterea certiores esse, quum multa, quae in naturalibus docentur, dubia sint et disputationibus subiecta. Denique plurima sunt, de quibus merito ambigas, et nisi mentis aciem optime dirigas, in multis ab scopo aberrabis, etiam qualibuscumque demonstratinibus innixus, ut tu optime doctissimo alias Peletario ostendis circa eum contingentiae angulum, eidemque et Orontio circa proportionis deffinitionem et naturam (10). Ex quibus vides quantas turbas moveat unius theorematis ambiguitas: eo enim agitato, omnia quae ei innituntur, titubant. Magni igitur interest super quae fundamenta aedifices prospicere, ne mali coementarii ratione vixdum absoluto aedificio id corruat. Sed vide quanta sit humana miseria, simulque foelicitas; solet aliquando etiam male iactis fundamentis, pro votis consurgere opus, et scientia quoque ex absurdis, aut obscuris principiis bene procedere. Id manifestum est in iis qui in mari et coenosis locis aedificant. Jactis enim temere ingentibus molibus usque ad aquae superficiem, deinde ex arte construunt quod volunt: sic etiam Astrologia ex falsis suppositis (Quid enim falsius quam orbis tot, tantosque, et tales, epiciclos; reliquaque ad libitum confingere; aut contra immobiles coelos, mobilem terram; aut denique totam terram simul cum tota aqua sphaericam constituere, et pro puncto accipere? quae omnia

principia sunt Astrologica) satis certam eclipsium aliarumque
coelestium rerum rationem absolvit; et Arithmeticus ex
regula, quae dicitur ab arabibus Catain, a nostris Falsi,
colligit quod intendit (11); et Dialecticus ex falsis
54r quandoque verum elicit optima consequentia; // Et tu denique
per lineam quadratricem ingeniose admodum, neglectis
quibusdam minutiis, circulum quadrare doces (12). Dixi autem
Astrologiam satis certe colligere quod cupit: scis enim
quantum laboratum nuper sit in restituendo Calendario, nec
unquam finis erit restitutionis (13), sed satis promovet
homo, si proxime ad veritatem accedat. Ad quam ego, ut
quantum humano ingenio fieri potest, quam prope collimem,
minimeque aberrem, omnia nimis anxie et scrupolose examino.
Dum ergo olim vidissem in commentariis tuis doctissimis
luculentissimisque ad Euclidem, demonstrationem illam Procli
in Propositionem .14. primi, quam nuper ad te misi (14),
visum mihi est Proclum deceptum fuisse in ratiocinatione.
Neque tamen propterea quid detractum volo existimationi
doctissimi viri, multoque minus tuae, qui estis extra omnem
invidiam positi: imo hoc auget gloriam vestram. Solent enim
Sagittarii in excelsum locum ictum dirigere; et contingit
vobis magnatibus, nobisque ignaris, quod divitibus
pauperibusque, ut plus iaceat neglectum aut oblivium in
angulis domus principis, quam contineatur in oculis egeni,
prodigatque centena locuplex, ubi miser in obolum inquirat.
Propterea neque dignum putavi tunc, cum multi sint ab hinc
anni, neque aequum te maximis intentum, huiusmodi minutiis
interpellare. Sed vicit tandem veritatis amor, et tabellari
certi occasio, et nescio quae constellatio, ut aiunt, aut
rerum potius concursus, ut tibi molestiam inferrem;
quemadmodum et nunc non dubito illaturum me iterum. At haec
est magnorum virorum calamitas, ut quemadmodum Hercules a
pygmaeis, sic illi a pusillis et obtundantur et insectentur.
Quare ne mireris, spectatissime vir, si ignotus ego et tibi
et omnibus, et re et studio, iterum te a gravissimis tuis
studiis paulisper distraham. Concede hoc virtuti tuae, quae
nos ad te allicit, et charitati, cui te totum devovisti;
confer iterum hoc nobis beneficium, quod tum demum beneficium
est, cum talionem non expectat: praeter id quod societatis
vestrae, imo verae societatis humanae officium est, officiis
homines sibi devincire. Respondisti ergo ad ea, quae ego
adversus Proclum proponebam, subtiliter, et paucis; sed
pluribus tamen quam putaram (15). Ego enim credideram, me tam
dilucide ostendisse quod cupiebam, ut, nisi ipse omnino
errarem, nullus esset responsioni locus: et si demonstratio
illa esset Euclidis, iam aperte de Geometriae certitudine
desperassem; quamvis non adeo multum ei fidam, ut alibi
fortasse ostendam. Sed quia tu, ut es et ingeniosus et
ingenuus, eximium Proclum tutari conatus est: mihi vero
tantum abest ut docta tua responsio scrupulum exemerit, ut
54v sentiam, // accipe. Concedis primo potuisse Proclum brevius,
ut ego dicebam, et ostendebam, intentum demonstrasse, ut tu
multas Euclidis propositiones demonstrasti eo ipso Euclide
brevius; sed id, ais, non esse vitium. At ego contra puto cum

communi omnium opinione, frustra fieri per plura, quod potest fieri per pauciora, et maximum esse vitium doctori, si paucis possit perspicue, multis confuse aliquam rem tradere, praecipue in Mathematicis, ubi, quantum fieri potest, sensibus standum. Qua ratione te maxime laudo, quod multa methodo et facilitate doceas; ut contra non facile docto Peletario assentior, improbanti coaptationem figurae ad figuram, aut corporis ad corpus, ut aequalitas aut inaequalitas unius ad aliud appareat, iuxta 8. axioma primi libri Euclidis (16): imo contra hoc est iudicium meum, ut quantum circino regulaeque ad oculum assequi possimus, id simpliciter fiat, neque ad maiores demonstrationes confugiamus, nisi ubi sensus defficit³¹⁶: tantum abest ut demonstrationes multas, perplexas, amplasque laudem, quibus aliquando quod per se notum est, obscurius fit: Et si mihi constituendum esset triangulum aequilaterum super datam lineam AB, contentus essem circino extenso, et captata lineae datae longitudine, circinum ab A, ad B, et a B, in C, (idem




posset fieri in alteram lineae partem) rursus a C, in A, reducere, donec angulum ACB, invenirem, et eo invento, quod facillimum est etiam primo ictu, triangulum describere, quem non est quod probem aequilaterum esse, cum circinus id ostendat, cui commodius sit credere in commensuratione trium laterum, quam in confectione duorum circulorum, et deinde trium laterum (17). Sic etiam si dividendus mihi esset angulus rectilineus in duas aequas partes, quem tu quoque facilius quam Euclides dividis (18), positis duabus lineis aequalibus AB, AC, et ducta recta BC, eaque rursus divisa in aequas partes




in D, ducerem rectam AD, quae duo omnino aequalia triangula efficeret, unde pateret intentum per 8. Axiom. primi, et 4. 5. et 8. Propo. eiusdem, facilius quam facit Euclid. 9. Primi (19). Sed gaudemus difficultate, quaerimusque ambages, ne videamur empirici, aut parum scientes, et volumus ostendere ratione, quod sensui manifestum est, inverso

³¹⁶ defficit: sic

ordine. Multa habemus hic dicere, quae tamen nunc brevitatis causa missa facimus, et in commodiorem reuicimus locum. At, ut dicebamus, id parum est, modo Procli probatio sit valida.




55r Sed non est, imo captiosa, ut nos probabamus, cum ait angulos ACF, ACE, esse aequales duobus rectis (20). At quod tu respondes, angulos illos sumi debere seorsum, non autem quatenus unus est pars alterius, atque ita aequales esse duobus rectis. Cui responsioni // quamvis nos iam obviam invenimus superiori velitatione, satisque eam repulisse videamur, tamen idem nunc manifestius ostendemus. An si ego dicam, sapientissimum Clavium cum capite suo bicipitem esse Janum, credetur mihi? Suppone patrem tibi et mihi communem, testamento legasse tibi duo iugera terrae, quae sint totidem anguli recti, me vero heredem instituisse: essetne tibi satisfactum, si darem tibi tantum terrae, quantum continetur inter ACF? quod demonstratione Procli aequivalet duobus angulis rectis. At hoc agimus, quaestio est de geometria, hoc est terrae mensura. Si vendiderim tibi duo agri iugera duobus millibus nummum, sintque ea, ut supra, duo anguli recti, an contentus esses duobus illis angulis Procli? Non, credo: saltem colonus meus non acciperet, quidquid tu illi demonstrares. Et si mutuo dedisti mihi viginti, reddamque quindecim cum hoc syllogismo, quindecim atque quinque eis quindecim conclusa, aequivalent viginti: sed do quindecim: ergo solutum tibi est, admitteresne consequentiam? Et si emeris a mercatore pro toga conficienda mensuram panni, quae




sit AB, illeque det tibi quantum CD, addens, CD, CE, aequivalere AB, nonne esset nimis curta toga tua? An non hoc sophisma est in re? Si ita procederent in omnibus mathematicae, quid aliud essent quam deceptrices disciplinae? Siquidem ACF, aequivalet ACD, BCD, quid tandem fiet pronuntiatio illi .9. tam certo, Totum maius est sua

parte? (21) At dicis, angulum ACE, sumendum esse seorsum, non quatenus pars est anguli ACF. Verum hoc implicat contradictionem, quasi dicas, accipiendam esse partem non partem, hominem non hominem. Num si te alium quam sapientissimum Clavium cogitem, bene cogitem? Et si pro ignaro habeam, an non ero ipse ineptus? et si minimam




simplicissimamque totius alphabeti literulam tibi auferam, nonne Clavius fies clavus? Quaero, cum primum dicis, angulum ACF, aequivalere angulo recto cum dimidio, nonne totam illam quantitatem, quae duabus illis lineis AC, CF, continetur, comprehendis? Ergo et angulos ACE, ECD, DCF, qui sunt illius partes, et quotquot alios velis eodem spatio efficere. Quum vero rursus addis, aut seorsum sumis angulum ACE, unde accipis? Oportet ut des de tuo: ego enim non patiar de meo: multo vero minus angulus ACF, de suo. Sed iam nimis immoramur in re adeo facili, et perspicua. Quod si hoc fit in viridi, quid fiet in sicco? si in probanda re tam levi, tamque manifesta laboramus, quid fiet in gravioribus, obscurioribusque? Addis deinde in responsione tua, duos
55v angulos debere esse deinceps. Scis // illud $\epsilon\phi\epsilon\xi\omega\sigma$ (hoc est deinceps) quo hic utitur Euclides, apud Aristotel. aliter sumi, et ordinem notare, non quemcumque situm: proptereaque ego maluissem dicere ex altera parte, ut comprehenderem lineas BC, BD, quae ad ultimum punctum lineae AB, coeunt cum




eadem AB, et lineas EF, FG, quae eandem lineam AB, secant in puncto F. Mallem tamen dicere, deinceps, quam cum Campano (22), circa se: nam duae lineae EF, FG, faciunt circa se cum AB, quatuor angulos aut rectos, aut aequales rectis. Sed id parum interest. Certum est angulos duos debere esse ex

eadem parte lineae ad aliam transversae: alias enim, ut tu optime ostendis, quamvis EF, FH, lineae efficiant cum AB, duos angulos AFH, EFB, aequales duobus rectis, tamen non sunt una linea, quia alter angulus AFH, est versus partem A, alter vero EFB, versus B. Ubi ego obiter ex tua hac demonstratione




accipiam ad intentum meum confirmationem. Si enim angulus AFD, tantus est, quantus erat ille Procli, et tamen non sufficit ad faciendos duos angulos aequales duobus rectis, etiamsi dividatur quacumque alia linea, sed addendus est illi aut EFB, ut tu facis, aut AFC, aut BFD, ut fiant duo anguli aequales duobus rectis, sequitur manifeste, illum angulum AFD, etiam millies divisum, numquam valiturum duos angulos rectos. Ad meam denique demonstrationem (23), qua ostendebam, si demonstratio Procli aliquid haberet momenti, consequitur ut duae lineae CF, FG, essent una linea, et in directum, quia constituunt duos angulos CFG, CFA, (qui iuxta rationem Procli sunt duobus rectis aequales) et sunt in diversas ductae partes, et deinceps eos constituunt, et tamen, ut apparet, non sunt una linea: ad id, inquam, ita subtilis es artifex, optimum excogitasti effugium diverticulumque. Qui tamen in foro iudiciali valeat, non vero in foro conscientiae. Ais enim quia non ambo illi anguli constituuntur in F (Figura tua alias habet literas, sed eodem redeunt) cum recta AB, sed AFC, quidem cum recta AB, at CFG, minime, ideo non sequi CF, FG, debere facere unam lineam. At propter nostrum affirmare vel negare, ut scis, nil mutatur in re: imo contra ab eo quod res est, vel non est, propositio dicitur vera vel falsa (24). Nec ergo quantum aliquod, quomocumque id contempleris, quascumque illi inscripseris figuras, aut // lineas, augebitur, aut minuetur: ut si trapezium ABCD, divides duabus lineis AC, AE, sicque efficias tria triangula, nec maius, nec minus efficies: quemadmodum neque si rursus ducta linea BF, idem in qua-

56r



tuor triangula, et duo trapezia partiveris. Sic etiam quascumque duxeris lineas inter ACF (ut iterum ad meam et

tuam primam figuram redeam) nunquam quantitatem illam auxeris, neque minueris. Poteris quidem angulorum numerum



augere vel minuere, nunquam tamen efficies ut plus vel minus valeat quantitas illa quam angulum rectum cum dimidio. At quantitas mei paralogismi (Vere enim est paralogismus, ad formam argumentationis Procli confictus) GCD, est omnino aequalis quantitati Procli ACF; ergo si illa Procli aequivalet duobus rectis angulis, eodem modo et mea valebit. Neque necesse est, neque id dicit Euclides, ut linea AB, bis repetatur, semel cum quolibet angulo, ut tu vis. Nam demus Proclum sic dixisse, Angulus ACF, aequivalet recto cum dimidio, et angulus FCD, dimidio recti; ergo ambo anguli ACF, FCD, aequivalent duobus rectis: nonne idem esset, et eodem modo concluderet, licet linea AB, non repetatur in secundo angulo? Ergo quantitas, ut dixi, est attendenda Geometrae, non inscriptiones linearum, quae ad id fiunt, ut illam captemus, non vero ut illa ab his pendeat. Concludis tandem nunquam contra Euclidem quidquam demonstrari posse, neque sic fieri paralogismos in Mathematicis, sed me paralogizasse. At ego contra Euclidem nunc nil volui demonstrare, sed contra Proclum, quem non sustineret Euclides, si viveret, nec sustinent eius opera, in quibus nihil simile invenietur illi demonstrationi aut paralogismo Procli. Et, ubi opus fuerit aliquid demonstrare contra Euclidem, poterimus fortasse non uno in loco, sed et in .2. Propos. tertii (25), et in angulo contingentiae, qui, ut videtur, non potest omni acuto rectilineo minor esse, aut datur minima quantitas, contra Aristotel. et eundem Euclid. 1. decimi (26). Neque tamen propterea probarim unquam Peletarii, alias doctissimi viri, sententiam, quae nec angulum esse vult illum, neque quantitatem. Cuius paralogismis tu doctissime respondisti (27), et eos hoc nomine notasti; ut inde constet fieri quoque in Mathematicis paralogismos: ut interim omittam alios, quos Petrus Nonius in Orontio, etiam // gravissimo Mathematico notasse putatur (28). Quod si, non sic fieri paralogismos, intelligis, argumentationem illam Procli non esse paralogismum, non valde laboro, modo ostenderim demonstrationem illam non posse stare. Me autem paralogizasse, ingenue admitto: volui enim imitari paralogismum Procli, et feci, ni fallor. Scis autem in

56v

arguendo plurimum valere mutata materia, servata forma, absurditatem consequentiae adversarii ostendere. Sed volo, concedo, assero, me deceptum esse; cupio doceri, vinci: summa mihi voluptas est errores detegere. Quare si quid habes ad haec, gratissimum feceris si rescripseris. Neque quaere quis sim: Sum enim alter Carneades, non gloriae inanis, sed veritatis, et tui amantissimus. Vale.

SEZIONE DI DIDATTICA E STORIA DELLA MATEMATICA

Ultimi quaderni pubblicati

Maggio 1992

- 5.4(633) Christoph Clavius: corrispondenza.
Volume II (1570-1592). Parte I: lettere e testi.
a cura di U.Baldini P.D.Napolitani.

Ottobre 1992

- 5.5(672) Christoph Clavius: corrispondenza.
Volume III. Parte I: lettere e testi.
a cura di U.Baldini P.D.Napolitani.
- 5.6(673) Christoph Clavius: corrispondenza.
Volume IV. Parte I: lettere e testi.
a cura di U.Baldini P.D.Napolitani.
- 5.7(674) Christoph Clavius: corrispondenza.
Volume V. Parte I: lettere e testi.
a cura di U.Baldini P.D.Napolitani.
- 5.8(675) Christoph Clavius: corrispondenza.
Volume VI. Parte I: lettere e testi.
a cura di U.Baldini P.D.Napolitani.

